ANACREONTIS

ET

SAPPHVS

CARMINA.

GRAECE

EDIDIT NOTISQVE ILLVSTRAVIT

PERPETVIS

EX OPTIMIS INTERPRETIBVS,

QVIBVS ET SVAS

ADIECIT

FREDERICVS GOTTLOB BORN.

IN VSVM SCHOLARVM.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AVCTIOR.

LIPSIAE
APVD I. A. BARTHIVM.
1809.

FREDER. GOTTL. BORNII

PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

Vt in tanta copia atque abundantia exemplorum Anacreonticorum aliquod nouum pararem, eius quidem rei auctor mihi exſtitit redemtor opuſculi, vir honeſtiſſimus. Qui cum mihi conſilium aperiret, Anacreonticorum carminum nouam editionem eiusmodi concinnandi, quae, annotationibus inſtructa perpetuis ex optimorum interpretum commentariis, non modo lectionem poëtae redderet faciliorem tironibus, verum etiam rationem atque naturam graecae orationis vberius exponeret; non poteram non talem conditionem lubenter accipere.

Curaui itaque hoc negotium mihi demandatum, quantum fieri potuit, diligentiſſime, atque ita, vt in plerisque locis Brunckianum

textum retinerem, exceptis paucis, in quibus aliorum librorum lectio subinde praeferenda videretur. Excerpsi etiam ex Stephani, Vrsini, Barnesii, Baxteri, Paui, Doruillii, Fischeri, Schneideri, Zeunii, Degenii aliorumque doctissimorum hominum thesauris annotationes iusta breuitate contractas, quibus et sensus illorum carminum magis erueretur, et graeca oratio studiosis humanioris doctrinae plenior et dilucidior patesceret. Passim etiam aliquid mearum obseruationum inserui. Adiunxi denique Sapphus, quae adhuc supersunt, reliquias, seruato fere in omnibus eo ordine, qui in exemplis Brunckianis tenetur. Quam quidem, qualem illam cumque, opellam nostram vt lectores beneuoli aequi bonique consulant, oro rogoque. Equidem, si hoc labore adolescentibus ingenuis non nihil attulisse memet vtilitatis intellexero, mecum praeclare actum putabo. Scripsi Lipsiae nundinis vernalibus, anno reparatae salutis cIↃIↃCCLXXXIX.

PRAEFATIO
NOVAE EDITIONIS.

Ante hos viginti annos Bornius, Profeſſor Lipſienſis, diſcipulorum in vſum Anacreontis et Sapphus Carmina edidit. Haec editio, cuius rationem ipſe editor in praefatione breuiter expoſuit, a ſcholarum magiſtris eo fauore excepta eſt, vt, diuenditis eius exemplaribus, novorum curandorum neceſſitas redemtori imponeretur. Sed cum grauibus de cauſis parum placuiſſet priori editioni κατὰ πόδα inhaerere, librarius viro cuidam docto hoc negotii dedit, vt libellum, ſicubi videretur, quatenusque lectorum vſus poſceret, corrigendo, demendo, addendo, ad formam meliorem, h. e. ſtudioſae iuuentuti vtiliorem reuocaret.

Prima igitur cura haec fuit, vt, quae princeps talium librorum laus eſt, non tribuenda illa primae editioni, omnia emendate, quan-

tum fieri poſſet, a typotheta deſcriberentur. Deinde cum ipſe Bornius plurima perperam adminiſtrauiſſet, haud raro in eiusmodi delapſus errores, quorum veniam, niſi humana, vt decet, mitiſſime feras, vix tironi, nedum viro docto, dandam cenſeas: diligenter cautum eſt, ne tam foeda παροράματα tirones porro ludificarentur. Itaque ſi quis laborem conferendae huius editionis cum priori ſuscipere voluerit, vix paginam reperiet, vbi emendatricis manus indicia non exſtent.

Praefixerat Bornius *Diſſertationem Hiſtoricam et Criticam de Vita et Carminibus Anacreontis et Sapphus.* Haec cum ieiune omninoque parum probabiliter ſcripta videretur, in vſum magiſtrorum ſufficere placuit vberrimos locos de Anacreonte et Sapphone ex immortali opere I. A. Fabricii depromtos, Manſonisque elegantem ſcriptionem de Anacreonte.

Scr. Lipſiae mercatu vernali 1809.

DE ANACREONTE. *)

ANACREON ex Ioniae ciuitate Teius **) nobili familia, (Solonis enim cognatum innuit Plato in Charmide,) ingenio nobilior, ſub Cyro maxime floruit ***), notante *Zenobio* V. 80. prouerb. †) et quo tempore Polycrates Sami, Hipparchus Piſiſtrati filius, (qui naui quinquaginta remorum Anacreontem Athenas arceſſiuit, teſte *Pla-*

*) Ex I. A. Fabricii Bibliotheca Graeca T. II. p. 91. ſq. ed. Harleſ.

**) De Teo, Anacreontis patria, vide praeter Geographos A. *Morellum* in ſpecimine rei numariae veteris p. 202. *Bandurium* Tom. I. Numiſm. imperat. pag. 10. *Fabric.* Supplementa ad hanc paragr. de Anacreonte habent auctorem cl. M. *Io. Fridericum Degen*, de ipſo Teio poeta bene meritum. Pauca iis addidi. *Harl.*

***) Secundum Barneſium in vita Anacreontis §. 5. et *Larcherum* in: Canon chronologique (vid. eius Hiſtoire d'Herodote vol. VI. p. 568.) poeta Olymp. LV. 2. natus atque ſecundum *Voſſium* et *Saxium* Ol. LXII. 1. A. M. 3473. a. C. N. 530. a. V. 222. floruiſſe fertur. *Deg.* Adde *Corſini* Faſt. Attic. tom. III. p. 118. et 119. *Cramer.* in Synchroniſmo Sapphus et Anacreontis, Ienae 1755. 4. qui oſtendere ſuſtinuit p. 19. ſq. Anacreontem natum eſſe Olymp. XXXVI ½. A. M. 3331. et interiiſſe acino vuae paſſae ſuffocatum, Olymp. LVII. 4. aut anno ſequenti. *Harl.*

†) Conf. Schol. ad Ariſtoph. Plut. v. 1003. et Hemſterhuſii notam p. 357. *Harl.*

tone in Hipparcho,) tyrannidem tenuit Athenis, et vt ex Herodoto, Platone, Aeliano, Paufania, aliis conftat. Croefi meminit carmine XXVI. 373. Interfectus eft Cyrus Olymp. LXII. 4. Anacreon autem aetatem produxit tefte in Macrobiis *Luciano*, [cap. 26. p. 227. tom. III. edit. Reitzii,] vsque ad annum aetatis LXXXV. vuae paffae acino *) tandem fuffocatus, fi credimus Suidae in οἰνοπότης· alii enim hoc mortis genere periiffe tradunt Sophoclem. **) Neque adeo incredibile mihi videtur, Sapphonem et Anacreontem aliquo tempore eodem vixiffe, licet amorem, quo Sappho Anacreontem arfiffe fertur, commentis et lufibus poeticis cum Athenaeo lubens adfcribam. (vid. paullo poft ad Sapphum notata.) De vita huius poetae praeter editores, (Daceriam maxime ac Barnefium,) et qui de Poetis fcripferunt, confulendum Lexicon Baelii, qui variorum expofuit fententias de aetate Anacreontis. [Anacreonticum elogium in Anacreontem vid. in *Cafauboni* Animadu. ad Athen. lib. XV. cap. 4. p. 592 fq. *Heum.*] Poefin Anacreontis totam amatoriam effe, ***) iam

*) Conf. *Coelii Calcagnini* Epig. tom. I. Delic. poet. Italor. p. 551.

**) Nos quidem hoc tantum per iocum ab antiquitate excogitatum effe arbitremur. *Degen.* Lepida eft hiftoria, in: Memoir. pour fervir à l'Hiftoire de France etc. Colon. 1719. 8. Tom. II. p. 28. narrata et in Actis Erudit. Lipf. a. 1721. m. Aprili p. 169. repetita, Cofmographum *Thevet*, a. 1590. mortuum, adeo ignarum fuiffe, vt fibi perfuaderi pateretur, Anacreontem ipfum *fcripto teftatum*, fe vuae acino periiffe. *Harl.*

***) Quod quidem nec vocari in dubium nec negari poffit. Neque vero inde fequitur, vti pronuntiarunt *Robortell*, *Paw*, *Sulzer* aliique, poetam fuiffe hominem peffime moratum, libidinibus omnisque generis flagitiis feruientem. Conftat omnino, poetas omnis temporis omniumque gentium amare

olim adfirmauit Cicero 4. Tusc. cap. 33. neque aliud fere praecipit Teia Musa Lyrici senis, nisi quod ait Ouidius, *cum multo Venerem confundere vino*. Scripsit dialecto Ionica, nisi quod interdum Homerico more aliis etiam dialectis natiuam temperauit, vt notatum Barnesio est p. 32. Minima pars eius *) poematum tulit aetatem; nam

vinum solitos esse ac lusisse cum puellis. Fatentur idem de se *Gleimii* nostri, *Hagedornii*, *Weissii*, *Vzii*, *Gotteri*, *Höltii*, *Bürgeri*, *Wielandii*, *Göckingii*. Sed quis vnquam ausit hunc amorem lusumque in illis notare eosque propterea intemperantiae et vinolentiae accusare! Atque boni Anacreontis caussam adcurate defendere studui tam in libello: *Ueber die Philosophie des Anakreon*, Erlang. 1776. quam in commentatione: *Ueber Anakr. Leben und Dichtkunst*, interpretationi Anacreontis theodiscae (Anspaci 1782. 8.) praemissa. Idem fecit, sed interdum minus feliciter, cl. *Born* in praefat. suae Anacreontis editionis Lipf. 1789. *Degen*. Anacreontem cecinisse amores puros et castos, putat *Maximus Tyrius* diss. XXIV. p. 296. sq. edit. II. Dauisii, qui p. 592. sq. citat *Ael.* H. V. IX. 4. idem adfirmantem, et *Barnesium* in Anacreontis vita §. 20. sqq. eiusdem partes callide tuentem: at animaduertit quoque ex *Seneca* Epist. 88. p. 392. Didymum grammaticum scripsisse librum, in quo quaerebatur, *libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit?* vitamque, ait, quam vixisse fertur, repraesentabant eius poemata. Denique notat, dictum, quod Tyrius Maximus ad Anacreontem refert, Simonidi tribuere *Tzetzen* Chil. VIII. 833 sqq. quod mihi quidem non satis manifestum videtur. adde Tyr. Max. XXXVIII. p. 439. *Harl.*

*) Multa et varia scripsit dulcis vates, quorum vero parum et ex sententia quorundam doctorum virorum, quorum princeps fuit *Franciscus Robortell.* plane nihil ad nostram peruenit aetatem. conf. praef. cel. *Fischeri* ad edit. II. Anacr. et *Martini* nota ad librum: *von den Sonnenuhren der Alten*, p. 13.

Suida teste, scripserat dialecto Ionica Ἐλεγεῖα καὶ

Cui quidem opinioni lubentissime adsensurum me, ingenue fateor, si circa Ἐλεγεῖα καὶ ἰαμβους, quos Suidas *Teium* ἰάδι διαλέκτῳ edidisse narrat, disputatio versabitur. [Epithalamium Anacreonticum LXII. abrogat Anacreonti etiam Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I. p. 265. et animaduertit, anonymum illum, ex quo carmen hoc protulerunt H. Stephanus et Andreas Schottus, Obseruatt. hum. II. 61. esse *Theodorum Prodromum* in Amaranto p. 465. ac *Bentleius* ad Horat. pag. 82. pronuntiat multa eorum, quae sub Anacreontis nomine hodie feruntur, esse spuria.] At *omnia* carmina dulcissima, quae adhuc nomen Anacreontis gerunt, cum *Robortello* nescio cui? homini inepto Graeco temere adscribere, hominem tantum posse putem sensu antiquae venustatis pulcritudinisque parum subacto praeditum. Neque vero is ego sum, cui omnia Anacreonteae collectionis odaria a Teio ipso composita editaque esse sit persuasum, quippe qui faciendum arbitrer cum iis, quibus reliquiae suauissimae videntur florilegium, quod varia variorum tam antiquiorum, quam recentiorum poetarum carmina eiusdem argumenti metrique contineat, et in quo etiam multa odaria ab Anacreonte profecta inueniantur. Modum enim in dubitando eos excedere, qui nulla omnino carmina, nisi quae a *Gellio*, *Athenaeo* atque *Hephaestione* laudantur, Anacreonti tribuenda statuant, quis non intelligit? De lite, quae post *Robortellum* inter Criticos fuit de Anacreonticarum reliquiarum antiquitate, copiose et diligenter agit cel. *Fischer*. in praef. supra laudata, quam hac de re contulisse viros doctos non poenitebit.

Summa in his reliquiis, aliquot si exceperis, inest suauitas, gratissima quaedam simplicitas et naturalis pulcritudo, quam nec felicissima imitatio adsequi possit et ex multis imitatoribus tantum *Gleimio* et *Goetzio*, viris elegantissimis, expressisse contigerit. Spirant illae quidem fere omnes laetitiam et amorem; sed et summam vrbanitatem vitaeque philosophiam gratissimam vbiuis

Ἰάμβους, παροίνιά τε *) μέλη **) (Athenaeo hinc inde laudata,) καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια siue proprio carminis genere ***), quod Anacreonticum paene prae se ferunt. Locutio est mollissima et a Gratiis quasi dictata ac instillata. Oblectat argumentorum suauitas et varietas non longe et fastidiose decantatorum, sed apta breuitate magnaque dulcedine expressorum, vnde factum esse videmus, vt illae omni tempore ab omnibus, qui iudicio pulcri se imbutos sentirent, magni haberentur atque legerentur studiose. Copiosius de venustate et elegantia ingenii Anacreontis eiusque carminum egi in commentatione supra excitata: *über Anakreons Leben* etc. conf. et *Sonntag.* historia poeseos graecae breuioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex Anthologia graeca adumbrata. Lips. 1785. 8. *Degen.*

*) Iulian. Misopogone in ipso exord.: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα. Τρυφᾷν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μουσῶν. Elegias eius laudat *Hephaestio* p. 4. Δεύτερον τῶν μελῶν Athenaeus XV. p. 671. quo in loco *Aristarchum* in Anacreontis carmina commentarium scripsisse innuit, et alios eorum ἐξηγητὰς olim exstitisse docet. *Hephaestionis* liber περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου memoratur eidem p. 673. [*Chamaeleon* Ponticus scripsit commentarium in Anacreontem. vid. Casaubon. comm. in Athen. VII. 6. p. 502.] Anacreontis icon laureata exstat in tabula 41. Tomi secundi thesaur. Antiquitat. Graecarum Gronouiani et in fronte Barnesianae editionis.

**) Ἤτοι παροίνια μέλη, legitur apud Eudociam p. 60. alias cum Suida consentientem. Μέλη autem speciatim aliquando notant *carmen lyricum.* v. *Periz.* ad Aeliani H. V. IV, 26. hinc Anacreon dicitur μελοποιὸς, *Lyricus*, a Luciano in Macrobiis, sect. X. adde *Maium* ad eumdem Luciani libr. sect. 26. p. 227. edit. Reitz. tom. III. *Harl.*

***) Sunt et alia genera carminum, quae ab Anacreonte *Anacreontia* vocantur. Vide *Marium Plotium* p. 2638. et 2655. *Fabric.* Adde Schol. ad Aristoph. Plut. v. 253. pag. 74. edit. Hemsterhus. *Harl.*

ab auctore adpellatur, *composita*, qualia sunt pleraque eius, quae hodie supersunt, et quod seruavit *Gellius* XIX. 9. *Hymni in Dianam* fragmentum adfert *Hephaestio* in Enchiridio p. 69. Glyconium carmen, cuius initium *ὦ 'ναξ ὦ Δαμάλης ἔρως*, *Dio Chrysost.* 2. de regno p. 31. Videntur et hymni esse, quae hodie exstant IX. LXII. et LXIV. *Epigrammata* quaedam Anacreontis nomine leguntur in Anthologia. *) Anacreontis *Odas*, quarum vndecimam in antiqui libri tegmine reperit (teste P. Victorio XX. 17. Var. Lect.) reliquas e duobus MSS. Codicibus **), quorum vnum a Ioh. Clemente, Anglo, Tho. Mori contubernali, acceperat, collegit, primus in lucem protulit, ediditque Graece typis nitidissimis et latine *H. Stephanus*, addita sua ipsius versione latina, carmine Anacreontico, Paris. 1554. 4. Versionem sub H. Stephani editam nomine, Iosephus Scaliger in codice suo notauerat auctorem agnoscere *Iohannem Auratum*, vt ex Is. Vossii fide refert *Colomesius* pag. 109. Opusc. ***)

*) Cleticos hymnos ab *Anacreonte* et Sapphone scriptos esse, testatur *Menander* de encomiis, p. 30. edit. Heeren. ὁποῖοί εἰσιν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι, ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς, κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν. *Reiske* ad Cephalae Anthol. carm. 428. p. 26. Notarum, Anacreontem quemdam recentiorem putarat fuisse epigrammatarium; sed in Notitia poetar. antholog. p. 183. mutauit sententiam ob auctoritatem Meleagri, vers. 35. 36. praefationis, et docte agit de epigrammatibus nostri poetae, quem suspicatur nonagesimum aetatis annum prope adtigisse, et bellum Persicum viuendo vel adtigisse vel superasse. Adde Fragmenta a Pawio et Fischero in horum editionibus adducta illustrataque, ac fragmenta in scholiis ad Homerum Marcianis, et *Villois.* Prolegom. ad Homer. pag. XXXIII. *Harl.*

**) Vide Baelii Lex. voc. Anacreon. L. p. 206.

***) At Ioseph. Scaligerum falsa accepisse, atque Vos-

[De Codicum tamen Anacreontis ratione et notitia, quorum perpaucos adhuc e tenebris in lucem prolatos esse constat, parum definiri potest, et ne de iis quidem, quos vel in edendis vel recensendis et emendandis odariis se adhibuisse viri quidam docti adfirmant. Prius igitur quam editiones recenseamus, de codicibus quaedam sumus praemissuri. At enim de *quatuor* tantum libris manu descriptis aliquid constat.

I. *Henr. Stephani tegmen antiqui cuiusdam libri odarium vndecimum exhibens.* H. Steph. adhuc valde iuuenis illud tegmen forte detexisse fertur, quod vero quo postea delatum sit, ignotum est.

II. *Codex vterque Henr. Stephani.* Hen. Steph. qui primus quinquaginta et quinque carmina Anacreontica edidit, vsum se esse ait duobus codicibus in cortice et charta scriptis; quorum alterum a *Ioh. Clemente* Anglo eum accepisse, alterum ex Italia tulisse *Bayle* testatur. At quum de ratione, aetate, pretio, patria historiaque horum librorum nihil omnino exposuerit, et praeterea satis constet, eum saepius gloriatum esse, se in edendis et recensendis veterum libris adhibuisse codices, quos tantum abest, vt contulerit, vt ne eas quidem viderit, iure meritoque multi eruditorum adducti sunt, vt de fide Stephani omnino dubitarent. Attamen cel. *Fischer* (in praef. ad edit. Anacr. II.) non dubitandum esse censet, quin Codices *Stephani* boni fuerint et antiqui, praesertim quum eadem odaria, quae inde typis describenda curaverit editor, fere omnia in optimo et peruetusto Vaticano exemplo inueniri doctorum virorum testimoniis firmetur. Vtrumque Codicem, si fides

sium et Colomesium fuisse deceptos, monet *Bernard. de la Monnoie* in Epistola ad Petr. Bailium, huius Diction. inserta tom. I. voc. Anacr. p. 206. *Harl.*

habenda ſit *Baylio*, *Stephanus* cum multis aliis libris manu exaratis paulo ante obitum ſuum, cum paene mentis expers factus eſſet, deleuiſſe dicitur.

III. *Codex Leidenſis chartaceus in 4to.* Laudatur hic liber in Catal. Biblioth. Acad. Leidenſis p. 396. continens Anacreontis et Sapphus Odas cum aliis ſcriptis graecis. Eumdem eſſe eum codicem, quo H. Stephanus in edendis Anacreonticis vſus ſit, ibidem traditur. Conf. *Fiſcher* praef. laud. p. 19.

IV. *Codex Vaticanus.* Liber hic omnium praeſtantiſſimus in illo litteris calamitoſiſſimo Heidelbergae excidio cum permultis aliis libris manu deſcriptis Romam ablatus et ex ſententia Abbatis *Spaletti* Saec. X. ſcriptus, continet *Cephalae* Anthologiam carminaque Anacreontica, et adhuc iure pro vnico fonte habetur, ex quo ſanior et tolerabilis lectio ducenda videatur. Hinc egregie meritus eſt de litteris bonis atque apud omnes homines eruditos et elegantioris antiquitatis amantes maximam iniit gratiam Abbas *Spaletti*, qui, vt tandem, quam nec *Barneſ.* nec *Brunck.* habuiſſe nunc conſtat, adcurata egregii huius libri collatio inſtitui poſſet, ſeptem abhinc annis duplicem eamque fidelem eius curauit editionem; alteram aeri ſplendidiſſime inciſam, alteram typis litteras codicis referentibus deſcriptam, cuius inſcriptio eſt: Ανακρεοντος Τηϊου Συμποσιακα Ἡμιαμβια. *Anacreontis Conuiualia Semiambia.* Romae 1783. 18 plagg. fol. max. Sed vtraque editio ab eo, qui iuſte et adcurate de pretio Codicis ſtatuere cupiat, adhibeatur neceſſe eſt, propterea quod illa aeri inciſa minus fideliter exhibet textum exempli ſcripti, ſed omnes eius tam marginales quam interlineares reddit lectiones, in hac vero typis expreſſa liber ſcriptus, praeter perpauca aliquot loca, integre, ſincere et certa fide conſpicitur. Copioſam et doctam de hac editione relationem videbis in Ephe-

meridd. litt. Argentoratenſſ. a. 1784. p. 208. ſqq. [et Periergi Deltophili Bibl. Graec. et Lat. p. 14. ſq.] Sed pergamus ad recenſionem editionum. In conſtituenda vero illarum ſerie et recenſendis *Verſionibus* ac *Commentariis* diligenter iam verſati ſunt *Harleſ.* in Introduct. in Hiſt. G. L. p. 74. *Fiſcher.* et *Born.* VV. DD. in praefationibus ad editiones ab illis paratas, quos in componendo noſtro indice adhibuimus. Princeps itaque *Anacreontis* editio prodiit:

1554. opera *Henr. Stephani* Lutetiae Pariſ. 4. continens praeter LV. odaria alia quoque Anacreontis et Alcaei carmina, nec non duo Sapphus odaria, obſeruationes editoris in Anacreontem et latinam interpretationem 31. odarum ab eodem Stephano concinnatam. [De hac edit. v. *Dau. Clement* Biblioth. curieuſe hiſtorique et critiq. des livres difficiles à trouver, tom. I. p. 287. — *Anacreontis Odae* latinae factae ab *Helia Andrea Putſchio*, Pariſ. apud Richardum. 1555. 4. vid. *Widekind* Verzeichniſs von raren Büchern. p. 106. Bibliothecam Roloffianam tom. I. p. 41. vbi et in Bibl. Bunau. I. p. 82. ſignatur a. 1556.]

1556. ibid. 8. cura *Guil. Morelli* et *Roberti Stephani*, cum obſeruatt. H. Stephani, adiecta verſione latina omnium carminum ab *Elia Andrea* (Putſchio) confecta. Non eſt noua recenſio, ſed tantum repetitio principis editionis. In aliquot tantum locis *Morellus* textum mutauit.

[1566. Lutet. Pariſ. in 16. in Henr. Stephani Collect. Pindari et reliquorum Lyricorum. Addidit Stephanus aliquot odas ex Eliae Andreae interpretatione, atque coniecturas p. 430. vid. *Clement.* l. c. p. 287. et *Freytag.* Adpar. litter. III. p. 566. ſqq.]

1567. Antwerp. 8. ex officina Plantiniana, in corpore Lyricorum. conf. die neue philol. Biblioth. tom. I. p. 71. [ad Stephanianam expreſſa eſt. Vid. *Freytag*. Adparat. litterar. III. pag. 568. ſq.]

[In *Vrſini carminibus nouem illuſtrium feminarum et Lyricorum*, (de quo libro vide ad *Alcaeum* notata,) p. 123 — 139. praemittuntur veterum in Anacr. epigrammata, et p. 130 — 151. eius odae et fragmenta, (quae genuina habuit,) denique p. 320 — 328. adnotationes in Anacr. fragmenta.]

1586. Lutetiae Pariſ. 12. in H. Steph. Sylloge carminum poetarum lyricorum, vbi editor notas ſuas caſtigauit et fragmentorum numerum auxit. [Sed de Stephanianis ſupra ad Pindarum vberius diſſeruimus.]

1597. Roſtochii 4. opera *Eilhardi Lubini* cum interpretatione noua latina. [vid. *Freytag*. l. c. p. 556.]

1598. Heidelbergae ex officina Commelini cura *Aem. Porti* 8. inter carmina nouem Lyricorum Graecorum. Portus lectionem duobus tribusue locis mutauit, H. Stephani interpretationem latinam notasque cum El. Andreae verſione addidit. Porti exemplum repetitum eſt

1611. Andegau. gr. 4. Apud Harwood. edit. Pinelli p. 10.

1614. Geneuae fol. in corpore poetarum Graecorum veterum.

1622. Tubingae 12. cura et cum notis *Frid. Herm. Flayderi* Profeſſ. olim Tubingenſis; adiectae ſunt *Stephani* et *El. Andreae* interpretationes.

1624. gr. Pariſ. apud Libert. 8. editio rariſſima dicitur ab Harwood. l. c.

1639. Paris. 8. graece cum ſcholiis graecis cura *Arm. Io. Buthillerii Rancei*, (poſtea ſub nomine Abbatis de la Trappe notiſſimi) qui adhuc puer XIII. annorum hanc editionem parauit. [vid. *Bayle* l. c. not. L. Galleria di Minerva tom. III. p. 131.]

1647. repetitio praecedentis exempli.

1657. Edit. II. Morelli. Londini. 8.

1660. *Tan. Fabri* edit. I. Salmurii. 12. cum *H. Stephani* et *Andreae* verſionibus. Praeterea Faber, homo, vt conſtat, doctrinae copia inprimisque iudicii elegantia non mediocriter inſtructus, notas addidit eruditas, in quibus primus nonnullorum carminum antiquitatem oppugnat, poetam vero ipſum non tantum feliciter emendat et egregie explicat, ſed etiam multis aliis aliorum veterum ſcriptorum locis bene conſulit lucemque adfert.

[1680. *Tanaq. Fabri* edit. II. gr. et lat. Salmurii. 12. vid. *Pinelli* Catal. n. 4039. *Clement.* l. c. I. p. 288. Bibl. Roloffian. p. 63.]

1680. *Longepetraei* (de Longepierre de Reicquelaine, Nobilis Burgundi,) I. Pariſiis 8. Editor verſionem gallicam metricam et notas adiunxit, in quibus venuſtates carminum explicare, antiquitatem et hiſtoriam illuſtrare atque poetam cum aliis tam veteris quam recentioris temporis vatibus comparare ſtudet.

1682. *Dacieriae* I. Pariſiis 8. Elegans et docta femina textui a Stephano conſtituto adiunxit interpretationem gallicam proſariam, nimis quidem liberam, nec raro leuem et minus diligentem, (v. gſ. ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις, λέουσι χάσμ' ὀδόντων vertit leuis Dacieria: *aux chevaux, les pieds infatigables; aux lions, le courage.*) ſed notas aptas et eruditas, vbi ſaepius a patre diſcedit, cuius animaduerſiones latinae ſub finem adiectae ſunt.

1684. *Longepetraei* II. Parisiis 12.
1684. *Cantabrigiensis* 12. est sola repetitio exempli H. Stephani cum eiusdem notis.
1690. *Tan. Fabri* III. Salmurii 12. mendosum exemplum, maxime in notis.
1692. *Longepetraei* III. Parisiis, 8. (Amstel. 12.)
1693. *Dacieriae* II. Amstel. 12.
1695. *Baxteriana* I. Londini, 8. Vsque ad Baxterum, quocum noua quasi lectionis Anacreonteae incipit aetas, omnes editores textum H. Stephani ex editione eius prima retinuerunt. Ipse vero Baxter ex consensu optimorum interpretum minus bene versatus est in constituenda noua lectione, siquidem ingenium sequutus plerumque nimis temere et audacter textum mutauit, vt nihil dicam de conuiciis in Barnesium fusis, quibus editionis secundae animaduersiones tument. Praeter ea versio latina et notae, quibus poeta illustretur, obscuriorem eum redditurae videntur.
1698. *) *Nordhusae*, duodenis oblongis cura *Casp. Ernst Triller*, Rectoris quondam Ilefeldensis. Exhibet haec editio textum Stephani ita, vt editor vel aliquot Stephani suspiciones receperit, cum quatuor versionibus latinis metricis Stephani, Andreae, Lubini et editoris, qui ipse quoque adiecit interpretationem theodiscam metricam simili exitu, cuius, quia iam rarior facta est haec editio, non possum non specimen ex ode VII. adponere:

Cupido winkte mir, ich sollte mit spatzieren,
Wohin er seinen Lauf in Eile wollte führen.
Als ich nun noch verzog, als ein gar fauler Tropf,
Nahm er ein Hyacinth und schlug mich auf den Kopf etc.

*) Vel potius 1702. Scripserat enim anni numerum MDCXCII. vide Hamburgische Berichte an. 1743. p. 448. *Clement* Bibl. curieuse etc. Tom. 1. pag. 283. *Harl.*

Vid. die neue philol. Biblioth. vol. I. p. 72. [Illud in eo reprehendo, (ait *Heumann.* in not. msst.) quod in vsum studiosae iuuentutis publicauit, quae legi, nisi cum sanae mentis iactura, non possunt a studiosa iuuentute.]

1699. *Dacieriae* III. Amstelod. 12.

1700. *Neapoli* 12. Inscribitur haec editio: Τα τε Ἀνακρεοντος και Σαπφες Μελη. *Anacreontis et Sapphonis Carmina Latine Italiceque conuersa.* Notas et animaduersiones addidit ex edit. Tanaq. Fabri; in quibus multa veterum loca emendantur. *Recens omnia correcta, vti numquam prius.* Cum Italica traductione *Bartholomaei Corsini* in calce apposita. De hac editione refert *Paitoni* in Bibliotheca degli autori antichi — in Venezia, 1774. 4. sub Artic. *Anacreonte.*

1705. *Barnesiana* I. Cantabrig. 8. Nouam habet haec editio textus recensionem, quam Barnesius adhibitis Scaligeri, Salmasii et Dan. Heinsii coniecturis ad fidem Codicis Vaticani ex collatione If. Vossii parum quidem adcurata instituit. Adiecit porro versionem latinam ac notas, in quibus plurima bene docteque explicat, de metri ratione, quod etiam in prolegomenis fecit, diligenter acuteque disserit et omnino graecarum litterarum studiosos multa vtilia docet. Auxit quoque fragmenta et in praemissa disputatione de vita et aetate Anacreontis copiose et docte exposuit. Fabricius de hac editione haec habet: Barnesius MS. Vaticani *) lectionibus

*) Barnesius p. 40. Hoc MS. Vaticanum toties laudatum peruetustum est, et ab Isaaco Vossio in D. Ioannis Cotton Baronetti gratiam olim delibatum, a Scaligero, Salmasio aliisque magnis viris visum, vt ex eorumdem nominibus propria singulorum manu ad eumdem MS.

vſus notisque *Io. Cottoni* *) Baronetti et *Tho. Stanlei* **) hunc poetam ingenio ac doctrina ſua mire expoliuit caſtigauitque, et numeris ſuis (qua in re aliquid indulgere ſibi videtur vir doctiſſ.) reſtituit, praeterea verſione proſaria notisque perpetuis et fragmentis plurimis vndique conquiſitis (a v. 903. ad 1385.) et iuſtis aliquot poematis auxit, praemiſſa Anacreontis vita et diſſertatione de Lyrica Poeſi, ſubiectoque, quem ipſe clariſſimus editor felici vena Poetam imitatus compoſuit ac ſeparatim quoque edidit, Anacreonte Chriſtiano. conf. Act. Erudit. Lipſ. 1706. p. 457. *Clerici* Bibl. ſelect. tom. XI. p. 335.

1710. *Baxteriana* II. Londini, 8.

1716. *Dacieriae* IV. Amſtelod. 8. Aucta eſt Foſſaei notis, quae primum prodierant Pariſiis, 1704. 12. [conf. Memor. Treuolt. 1705. p. 304.]

1720. *Neapoli* 12. cum verſione latina et italica. Editor eſt *Argelatti*. Conf. *Paitoni* l. l.

1721. *Barneſiana* II. Cantabrig. 8. Multis locis priore auctior et emendatior.

1725. *Maittarii* I. Londini, 4. mai. Editio haec ſplendida et rariſſima, (*centum* enim tantum exempla typis deſcripta eſſe dicuntur,) quam vidiſſe paucis fortaſſe Germaniae viris doctis contigerit, quae vero ex ſententia Obſſ. Miſcell. vol. II. p. 5. „magis externo habitu, quam vtilitate commendatur, continet editoris verſionem latinam metricam cum omnium editorum, Buthillerium ſi exceperis, notis et indice copioſiſſimo. [conf. New Memoir. tom. II. p. 253.]

codicem adſcriptis conſtat. Voſſii exemplar mihi communicauit Baronettus praedictus.

*) Id. p. 36. 40. etc.

**) Id. p. 6. 54. etc.

1732. *Pawiana*, Traiecti ad Rhenum, 4. Notae, quibus *Io. Corn. de Paw*, vir alias graece doctiſſimus editionem ſuam ornauit, produnt quidem ingenium acutum, (ipſum enim quaedam loca corrupta feliciſſime correxiſſe, quis neſcit?) et praeclaram linguae graecae ſcientiam; ſed praeterea etiam Criticum temerarium atque proteruum, qui vbique corrigere geſtit, odaria bene coniuncta crudeliter diſcindit, nec pauca eaque venuſtiſſima carmina vel ineptis recentioris aetatis auctoribus tribuit. Sed caſtigauit eius audaciam *D'Orville* in *Vanno Critica*, Amſtelod. 1737. 8. [Nonnulla quoque caſtigantur in Actis Erud. german. part. CLXXII. nr. 1. p. 229. et in: Beytrag zu Gelehrt. Zeit. tom. II. p. 735 ſq. Titulum nouum cum nota anni 1753. accepit haec editio.]

1733. *Londinenſis*, 8. gr. et lat. Editio a *Ioſ. Trappio* curata, ſed plurimis editoribus incognita. *D'Orville* de ea refert in Vann. Crit. p. 69. et 557.

[1734. ex edit. Barneſii, *Londini*, gr. et lat. 8.

1735. The works of *Anacreon*, translated into Engliſh Verſe; with Notes explanatory and poetical. To which are added the Odes, Fragments, and Epigrams of *Sappho*. With the Original *Greek* plac'd oppoſite to the Translation. By Mr. *Addiſon*. London. 8. quae editio laudari ſolet.]

1736. *Venetiis*, 4. graece, latine et italice. conf. Paitoni l. l. et Catal. Bunaû. I. p. 82.

1740. *Maittarii* II. Londini, 4. mai. Aucta eſt verſionibus latinis Stephani et Andreae ac Scholiis graecis Buthillerianis. [conf. Supplem. Actt. Erud. Lipſ. tom. I. p. 193 ſqq.]

1742. Londin. *Trappii*, gr. et lat. 12. — eodem anno ab *Ang. Mar. Bandini*, gr. lat. et

ital. Florentiae, 8. — eod. anno *Barnesiana* III. cum notis, gr. et lat. 12.

1743. *Lamiana*, Florentiae, recensionem Barnesianam exhibens. [vid. Beyträge zur Histor. der Gelahrtheit. I. p. 43.]

1744. *Glasguensis* I. gr. et lat. 12.

1751. *Glasguensis* II. forma minima, Editio nitidissima ad recensionem Stephani expressa, adiectis Sapphus et Alcaei fragmentis. rec. 1757. 12. correctius.

1754. *Fischeriana* I. Lipsiae, 8. habet lectionem et notas Baxteri cum Stephani et Fabri animaduersionibus. Sed auctior et praestantior prodiit.

1776. *Fischeriana* II. ibid. 8. mai. ex recensione Baxteri cum eiusdem, Stephani, Fabri et doctissimi editoris animaduersionibus, omnibus editionibus praecedentibus merito praeferenda. In primis praefatio doctrinae varietate et iudicii acumine commendatur, in qua editor de fide et antiquitate carminum Anacreonticorum subtiliter disputat ac de editionum praestantiorum pretio egregie differit. Adiecit idem praeterea plenissimam fragmentorum collectionem et poetarum quorundam graecorum in Anacreontem epigrammata.

1776. *Brunckiana* I, in Analectis vett. poetarum Graecorum vol. I. Argentorati, 8. *Brunckii* opera et studio lectioni Anacreonteae obscuriori, quoad per librorum manu scriptorum penuriam fieri potuerit, lux quaedam quasi noua adfulsit et praecedentes recensiones velvti noua creatione feliciter mutatae sunt.

1777. *Glasguensis* III. gr. in 8.

1777. *Magdeburgensis*, 8. in vsum scholarum habet textum Baxterianum. Hanc excepit classica et palmaria editio

1778. *Brunckiana* II. Argentorati, duodenis minimis, vti iam habitu externo commendabilis, ita et adcuratissime expressa. Nouam, a lectione Analectorum diuersam et ad omnes criticas opes constitutam recensionem exhibet. Animaduersiones, licet breues ex interiore graecae linguae scientia et venustatis poeticae sensu profectae laudem habent adcuratae diligentiae, quam quilibet agnoscet, qui eas cum iis, quae in Analectis sunt, comparauerit. Lectionis enim mutatae ratio redditur, criticorum correctiones in variis libris proditae adcurate memorantur, lectiones Cod. Vat. et suspiciones Salmasii diligenter et vberius adferuntur. Vid. Bibl. Crit. Amstelod. tom. I. vol. 4. p. 115. et copiosas relationes in Ephemeridd. Litt. Norimbergens. 1779. p. 443 sqq. et in Ephemeridd. litt. Francof. 1779. p. 538 sqq. Sequuta est

1781. *Spalettiana* I. aeri incisa Romae, fol. max. Pauca tantum exempla expressa non vendendo, sed largiendo diuulgata sunt. (conf. ephem. litter. Lips. 1784. plag. CII.)

1781. *Degeniana* I. Erlangae, 8. exhibens textum Brunckianae secundae, et, quia maxime in iuuenum vsum parabatur, lectionis varietatem tantum selectam, cum indice plenissimo, ex quo intelligentia poetae hauriretur.

1782. *Holstiana*, Lipsiae, 8. mai. *Ioh. Ludw. Holst* Hamburg. tum adhuc iuuenis litterarum caussa Lipsiae degens, Baxterum maxime sequutus, huic editioni notas adiunxit, quae poetam potius obscurant, quam illustrant, sermone horrido et maxime barbaro, cuius vel epistolas illas obscurorum virorum puderet. Praemissa est praefatio, in qua in me, qui itidem adhuc iuuenis editionem pa-

rassem, conuicia fundit turpissima sermone vitiis grammaticis tumente.

1783. *Spalettiana* II. typis expressa, Romae, fol. max.

1783. *Franc. Xauer. de Rogati.* Collae, (oppido Toscanae,) 8. mai.

1784. *Bodoniana*, Parmae, fol. min. Editio splendidissima, expressa typis maioribus in charta laeuigata, sed vtilitate parum commendabilis. (conf. ephem. litterar. Lips. an. 1786. plag. CXI.)

1786. *Brunckiana* III. Argentorati, duodenis, nitidissima et omnium praestantissima editio, nouam et optimam ad collationem adcuratam exempli Spalettiani aeri incisi institutam recensionem exhibens. Eodem anno bis repetita est. Copiosiorem recensum leges in *Degens* neuen kritischen Nachrichten. Schwab. 1787. p. 46 sqq.

1786. *Degeniana* II. Erlangae, 8. Fundus quidem est textus Brunckianae secundae, sed multis locis lectio antiquior reducta et interpunctio mutata est, ita, vt pro noua, quod etiam in fronte libri significaui, recensione haberi queat. Porro tam in notis, quae varietatis lectionis subiectae rationem reddunt, poetam cum aliis et antiquis et recentioribus comparant, nec non ex antiquitate illustrant, quam in indice multa superflua ac vana resecui nouaque addidi et denique caui, ne exemplum posterius, vt prius, vitiis typographicis tam foede inquinaretur; sed omnino sic prodiret, vt inter commodas editiones posset numerari.

1787. *Degeniana* III. Altenburgi, 8. graece et theodisce, adiectis quibusdam ex Anthologia carminibus et scoliis. Textus est Brunckianae tertiae, locis aliquot exceptis, vbi lectio

antiqua mihi praeferenda visa est. In animaduersionibus sub finem adiunctis de virtutibus et vitiis poetae exponitur, ac de oratione et lectione iudicatur.

1787. *Briegeriana*, Lipsiae, 8. cum argumentis, animaduersionibus et indice theodisce scriptis. Editio in primis tironum vsui adcommodata.

1789. *Borniana*, Lips. 8. Anacreontis et Sapphus Carmina graece, recensuit notisque illustrauit perpetuis ex optimis interpretibus, quibus et suas adiecit *Fr. Gottlob Born*. Quamuis parum de suo adiecerit editor, fereque omnia hauserit ex aliis, laudanda tamen eius est opera, quam in deligendis aliorum obseruationibus adhibuit.

1789. *Anonymi*, Berolini, 8. Anakreons Lieder. Griechisch mit einem vollständigen griechisch-teutschen Wortregister für Schulen. — *Iördens*, qui editor esse fertur, in paranda hac editione *suos* maxime discipulos se spectasse in praefat. dicit. In indice vocabula ex versionibus Degenianis interpretatus videtur.

1789. alius Anonymi, ibid. 8. graece cum obseruatiunculis latine scriptis.

[In Anthologiam graecam poeticam quaedam Anacreontis carmina recepi atque illustraui. *Harl.*]

Editio *Capperonierii*, cuius mentionem fieri in: *Björnstahls* Reisen vol. I. p. 12. vidimus, vt plures editiones ibi laudatae, potius ad fictas quam ad veras referenda videtur. Nobis quidem eam plane ignotam esse, ingenue fatemur. *Degen.*]

Prodierat etiam Anacreon apud Andr. Wechelium, an. 1556. 1574. (quae laudatur a Croix du Maine Bibl. Gall. p. 429.) et 1585. 12. apud Patissonium e Gallica Metaphrasi *Remi Belleau* siue *Remigii Bellaquae*, quam e latina versione H.

Stephani compoſuit, et *Richardus* quidam *Renvoiſius* circa an. 1557. modulis animauit Muſicis, licet ab hoc Richardo et ipſo Anacreontem Gallice redditum tradat Antonius Verderius. Vide *Baelii* Lexicon l. c. Sed et *Henricus Stephanus* in praefatione ad editionem ſuam Graecolatinam an. 1554. teſtatur, ſe odas Anacreontis prius iam tum Gallicas feciſſe: et *Petrus Ronſardus* nobilis poeta Gallus plerasque illarum patrio carmine induit. De verſione Gallica (proſa, an verſu, edita, an inedita?) *Armandi Iohannis Bouthillerii Rancei*, poſtea notiſſimi ſub nomine *Abbatis de la Trappe* *), mentio exſtat apud Adr. Bailletum libro de infantibus doctrina claris p. 359. et Malpeolum (Mr. *de Maupeou*) in Rancei vita, vbi teſtatur, ab eodem Armando vix tredecim annos nato illuſtratum praeterea Anacreontem *ſcholiis Graecis*, vulgatumque Pariſiis, 1639. 8. et recuſum an. 1647. Exſtat et Metaphraſis Anacr. et Sapphus Gallica *Gaconi* elegans et venuſtà. Rotterod. 1712. 12. (vid. Mem. of Litterature tom. II. p. 65. vbi Bentleii eſt epiſtola p. 68. it. p. 105. Journ. des Sçav. 1712. p. 436.) et altera Poetae inſignis *Foſſei*, Pariſ. 1704. 12. Gallico carmine cum notis. vid. Nouv. Rep. de lett. 1704. II. p. 686. *Clerici* Bibl. anc. et mod. tom. V. pag. 393. *Fabric.* Varias odas Anacr. gallice vertit *Maturin*, Abbé *Regnier Desmarais*, in eius oper. gallic. Hagae Com. 1716. 12. tom. II. p. 377. ſqq. — item *Poinſinet de Sivry* in: Les Muſes Grecques, Bipont. et Pariſ. 1771. 8. p. 125 ſqq. et quartum in Anacreon, Sappho, Moſchus, Bion et autres poetes grecs etc. Pariſ. 1778. 12. *Harl.*

[Plurimas Anacreontis interpretationes haud

*) Obiit die 26. Sept. 1700. natus 9. Ian. 1626. De vita eius conſule Ephemerides Pariſ. 1702. menſe Nou. p. 87. et Memorias litterarias Treuultinas an. 1704. menſe Martio pag. 174.

dubie tulit Italia, quas diligenter recenset Paitoni libro supra laudato *).

1) Liriche Parafrasi di *D. Fr. An. Cappone* Academico Ozioso sopra tutto le Ode d'Anacreonte etc. Venet. 1670. 12.

2) Anacreonte Poeta Greco tradotto in verso Toscano, da *Bartol. Corsini.* In Parigi, 1672. 12.

3) Anacreonte tradotto etc. Roma, Crescimbeni vol. V. p. 151.

4) Anacreonte etc. Firenze per *Carlieri.*

5) In: Echo Cortese Parte seconda-terza con l'Iride Posthuma o vero Residui di diuersi Componimenti di Michel' Angelo Torcigliani publicati da Salvestro Torcigliani suo fratello. In Lucca, 1681—1683. 12.

6) Le Poesie d'Anacreonte tradotte in verso toscano, e' d'Annotazioni illustrate. In Parigi, 1693. 8. Auctor est Abbas *Regnier Desmarais.* Bis repetita haec interpretatio, primum cum nomine auctoris, Florentiae, 1695. 12. deinde cum quibusdam aliis eiusdem opusculis poeticis. Parisiis, 1708. [vid. Menagiana tom. III. p. 307.]

7) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in rima toscana. Da *Antonio Maria Salvini* etc. In Firenze, 1695. 12.

8) Anacreonte tradotto dal testo greco in rime toscane da *Alessandro Marchetti* — in Lucca,

*) Fabricius in notis Msptis haec praeter ea suppleuit: Mich. Angel. Torcigliani, Lucensis, vertit. vid. Galleria di Minerua tom. III. p. 131. Elogia academiae incognitorum pag. 339. Io. Canalis, Neapolitanus, an. 1663. et inter eius poemata gallica, italica, hispanica et latina, Paris. 1707. 12. tom. 2. [edit. Venet. 1667. 12. memorat *Toppius* in Biblioth. Neapol. p. 116. et tertiam partem, p. 325.] De Mariani Valguarnerae, Panormitani, versione lat. cum notis et diatribis, vid. *Mongitor.* Bibl. Sic. tom. II. p. 45.

1707. 8. [vid. Giornale d'Italia tom. XXI. p. 239. tom. VI. p. 237. prohibita verſio a ſacra inquiſitione, licet dicata Ferdinando Hetruriae magno Duci. *Iul. Negri* p. 18. hiſt. ſcriptor. Florent.]

9) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in verſo Toſcano da vari Vomini illuſtri. In Firence, 1723. 12.

10) Le Ode di Anacreonte nuouamente da vari illuſtri Poeti nella Italiana favella tradotte — In Milano, 1731. 4. Auctor eſt *Argellati.*

11) Anacreonte tradotto in verſi Italiani da vari — In Venezia, 1736. 4.

12) Delle Ode d'Anacreonte Teio, traduzione di *Paolo Rolli.* Londra, 1739. 8. Repetita cum aliis auctoris operibus, Venetiis, 1742. et 1753. 12.

13) Anacreonte Poeta Greco tradotto in rime toſcane da *Cidalmo Orio*, Paſtore Arcade. In Venezia, 1753. 8.

[14) Anacreontis quaedam et Sapphus odas libere transtulit in ſermonem italicum *Dominicus da Gattinara* — in Scherzi poetici etc. Brunſuic. 1784. 8.]

15) Le Ode di Anacreonte et di Saffo recate in verſi Italiani da *Fr. Sav. de Regati.* 1783. 8. mai. vid. ſupr. ind. edd. ſub anno 1783. Numeroſa eſt haec verſio et in primis ad canendum maxime apta.

[Non tam e graeca lingua, quam potius ex gallica quadam verſione translata videntur carmina Anacreontis in linguam *Polonicam: Anakreon, Poeta Grecki.* Warſou. 1774. in 4. et 8.]

Sed prae aliis Germani dulcis Anacreontis reliquias ſua lingua exprimere certatim adgreſſi ſunt, ex quibus alii totam carminum collectionem interpretati ſunt, aliis ſelectam tantum partem libare placuit. [conf. *Schriften* der. Altdorf. Deutſchen Geſellſchaft. p. 119—122.]

Primam, quod nos quidem sciamus, versionem vernaculam patria debet studio *Trilleri*, qui eam cum graeco simul textu publicauit Nordhusae, 1698. Sed de ea iam supra. [Specimen versionis germanicae versibus ἀρύθμοις in: V. Beytrag zur critischen Histor. der deutschen Sprache, p. 160.] Post multorum interuallum annorum sequuta est praestantior illa *Io. Nic. Goetzii*, poetarum, quos vnquam Germania tulit, suauissimi elegantissimique, qui eam absque quidem nomine edidit hoc titulo: *Die Oden des Anakreons in reimlosen Versen.* Frankf. und Leipz. 1746. 8. vbi aliquot carmina, nempe 7. 12. 14. 28. 29. 30. 40. 43. 44. 51. Goetzii amicus summusque Germaniae vates, *Vzius* noster, in vernaculam linguam conuerterat. Auctior et emendatior ea lucem adspexit, Carolsruhae, 1760. 8. Excepit illam Lipsiensis: *Anakreons Gedichte nebst zwey andern Anakreontischen Gedichten und den Oden der Sappho.* Leipzig, 1776. 8. (auct. cl. *Meinecke*, Rect. Quedlinburg. Omnino laude digna interpretatio, cuius specimina *Meinecke* antea iam dederat in *Taschenb. f. Dichter u. Dichterfreunde.*) Laudem plausumque haud denegarunt viri docti iique rei peritissimi meae interpretationi hoc titulo diuulgatae: *Anakreons Lieder aus dem Griechischen von Ioh. Fr. Degen.* Ansb. 1782. 8. in qua censor eruditus in Ephemeridd. litt. Gothanis an. 1783. cum referret de *Wahliana*, Germanis adquiescendum esse pronuntiauit. Atque, quod vix crediderís, annus sequens binas simul tulit interpretationes vernaculas, alteram auct. *I. H. Brumleu* in eius Lyrischen Gedichten a. d. Gr. Dessau, 1783. 8. vol. I. alteram *S. F. G. Wahlii*, nunc Profess. Halensis, in: *Liedern der Liebe von Sappho und Anakreon.* Erfurt, 1783. 8. cum obseruationibus eruditis. Sed haec posterior nimis artificiosa gratamque exempli graeci simplicitatem cum dignitate coniunctam de-

ferere videtur. Nimis libere ac minus feliciter anonymus quidam Anacreontem interpretando expressit vna cum Bione, Moscho et Sapphone: *Bion, Moschus, Anakreon und Sappho. Aus dem Gr. Neue Uebers. in Versen.* Berlin und Liebau, 1787. 12. Eodem denique anno *Degeniana* Altenburgi emendatior et castigatior prodiit, de qua supra actum est.

Singularum odarum interpretationes theodiscae occurrunt e. gr. in *der lyrischen Blumenlese*, vbi cel. *Ramler* versionem Carolsruhensem a se limatam atque politam reddidit; in carminibus fratrum *de Stolberg;* in Christi. Comitis *de Stolberg* carminibus ex Graeco expressis. Hamburgi, 1782. 8. mai. in *Degens* Versuch über die Philosophie des Anacreon, Erlang. 1776. in *Borhecks* Klosterbergischen Vorlesungen, et in eius Magazin. Nürnb. 1784. 8. in *Schneiders* Anmerkungen über den Anakr., nec inuenturus essem finem, si omnes singulorum odariorum versiones, quas Germania nostra excluserit, enumerare ac recensere animus foret.

Ex imitationibus memoria dignae sunt solae *Gleimianae*, *Lessingianae*, *Götzianaeque*. *Degen.* Conf. Blankenburg. ad Sulzeri Theor. Art. I. 86 sq. C. H. Schmid Anweisung der vornehmsten Bücher in der Dichtkunst p. 345 sq.]

Carmine *Anglico* Anacreontem maximam partem expressit *Abrahamus Cowleius*, et cum Bione, Moscho aliisque *Thomas Stanleius*, Lond. 1651. *Fabric.* [cum Sapphone *Addison.* vid. supra in Catal. edition. an. 1735. item Greeniana versio: The Works of Anacreon and Sappho, with pieces from ancient authors and occasional essays. London. 1719. 12. *Harl.*]

Nobilissimum virum *Lucam Langermannum* Anacreontis editionem molitum, constat ex *Reinesii* ad Daumium Epistolis p. 148. Specimen no-

varum emendationum, nescio cuius auctoris, in Anacreontem (audacium nimis, si quid iudico,) occurrit in memoriis Treuoltianis anni 1702. mense Ianuar. p. 96 sq. Fragmenta quaedam Anacreontis ab H. Stephano omissa persequitur *A. Schottus* II. 61. Obs. human. Alius *Anacreon* fuit, quem ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς laudat Scholiastes Nicandri ad Theriaca.

[Haud defuerunt praeter editores et interpretes poetae, qui multa eius loca emendare et explicare tentarent, et quidem

a) Obiter in obseruationibus ad alios scriptores, vt factum a *Salmasio* ad Solinum et Achillem Tatium; a *Tollio* ad Ausonium; a *Dauisio* ad Ciceronem de N. D.; ab *Heskino* ad Bionem et Moschum; a *Lennepio* ad Coluthum et Phalaridis Epistolas; a *D'Orvillio* ad Charitonem; a *Trillero* in den poetischen Betrachtungen, multisque aliis, qui vel semel, vel bis, vel saepius lectionis cuiusdam nouae in poeta recipiendae mentionem faciunt. Deinde

b) Alii in collectionibus obseruationum, quas in varios vtriusque linguae auctores scripserunt, Anacreontem separatim tractarunt, quo referantur *Canteri* Lectiones nouae, Antwerp. 1571. *Lamb. Bos* animaduerss. in Scriptores quosdam graecos. Franeq. 1715. *D'Arnaud* Spec. animaduerss. critt. ad aliquos Scriptores graecos. Harlingae, 1728. 8. *Wesseling*. obseruatt. variae, Amstelod. 1727. 8. *D'Orville* Vannus critica. Amstel. 1737. 8. *Clericus* in Bibliotheca Selecta. *Obseruationes Miscellaneae*, Amstelod. 1732. vol. II. *Pierson* Verisimilia critt. Lugd. Bat. 1752. *Klotz* Miscell. critt. Trai. ad Rhen. 1763. *de Medenbach Wakker* Amoenitt. litterariae, Trai. ad Rhen. 1770. *Borhecks* Magazin für die Erklärung der Griechen und Römer. Nürnb. 1784. vol. I.

c) Alii denique peculiares in Anacreontem obseruationes ediderunt, quo referri debent *Schneiders* Anmerkungen über den Anakreon, Leipzig, 1770. *Zeune* animaduerss. Lipf. 1775. *Degen* über die Philofophie des Anakreon. Erlang. 1776. *Barth* Stricturae aliquot animaduerss. ad Anacreont. Numburgi, 1777. *Borhecks* Klosterbergifche Vorlefungen, Magdeb. 1778—1779. *Grimm* Anmerkungen über einige Oden des Anakr. Duisb. 1778. *Schwabe* Erläuterungen über den Anakr. Weimar, 1781. 1782. *Schmieder* Commentt. II. in 28. priores odas Anacreontis. Halae, 1782. 1783. *Degen.* *Sevin* loca quaedam Anacr. corrigit in Hift. acad. reg. Parif. Infcr. vol. III. p. 122 fqq. *Schneider* in Periculo critico in Antholog. Conftantini Cephalae, p. 18 fqq. quaedam Anacreontea explicat, emendatue: item, p. 98. *Snedorf* de Hymnis vett. Graecor. p. 36 fqq. de hymnis Anacreontis. Adde haud inuenuftas Anacreonteorum carminum parodias graece fcriptas: *D. Ioh. Balthaf. Bernholdi*, Profefforis theologi et graeci (Altorfini), Ἀνακρεόντεια μέλη. *Hoc eft Anacreon quafi redditus imitationibus variis. — Editionis curam fufcepit Georg. Chriftoph. Munzius*, Gymnafii Noriberg. Rect. Noribergae, in 8. f. a. nota; fubiecta eft verfio latina pariter poetica. — Aliquot odarum Anacreontis latinam verfionem exhibet *Chriftius* in Noct. acad. obferu. XI. Denique Fabric. in notis mstis haec notauit: *Gilberti Ionini* S. I. Anacreon Chriftianus graecis numeris cum latina metrica verfione, eiusdem Anthologia chriftiana, Bion chriftianus etc. Lugd. 1634. 1637. 12. *Iofep. Patrignani*, S. I. Anacreonte chriftiano, di prefepio di Chrifto, Florent. 1712. 12. — *Io. Boivini* (Οἰνοπίωνος) Μέλη τὰ Ἀνακρεοντικά. Parif. 1722. 12. Mem. de Trevoux, p. 1634. *Harl.*]

DE SAPPHONE. *)

SAPPHO **) Scamandronymi filia, Lesbia Mytilenensis, aequalis Alcaei fuit, vt patet vel ex *Aristotelis* 1. Rhetor. cap. IX. [*Strabone* lib. XIII.

*) Ex I. A. Fabricii Bibliotheca Graeca T. II. p. 137. sqq. ed. Harles.

**) Alia nomina mulierum in *O* desinentia vide in *Reinesii* Epist. ad Hoffmannum pag. 392. Addantur Pampho, Cotytto, Gello, Pyrino, Gorgo, Lichno, in Reinesii Inscription. *Fabric.* Quod de Sapphus aetate, patria, cum primis num duae fuerint, nec ne? controuersia orta est, quosdam maioris minorisue molis libros, in quibus vita poetriae vberius exposita, aut res controuersae examini sunt subiectae, in limine statim excitabo, quod et auctores illorum librorum otium fecerunt mihi, nec opus erit, vt integros librorum titulos crebrius repetam. *Ger. Io. Vossius* de poet. graec. cap. 3. *Annae Daceriae* et *Longopetraei* vita Sapphus, gallice, fragmentis eius praefixa. *Tanaquil Faber* in vita poetarum Graecorum Tom. X. pag. 755. Gronouii Antiqq. gr. *Bayle* in Diction. vol. IV. pag. 139. sqq. edit. 1740. et germanice vers. in: *Pet. Bayle* Historisch-Kritisches Wörterbuch für Dichterfreunde, (Lübeck. 1780. 8.) pag. 406. sqq. *Olearius* in diss. de poetriis gr. §. LXV. *Io. Christ. Wolf* Sapphus vita praefixa illius editioni. Eiusdem vita, auctore *Samuele Frider. Gunthero Wahl*, praemissa versioni germanicae carminum Anacreontis Sapphusque. Erfurt, 1783. 8. In Biographia classica, ex lingua Anglica in

v. 4. χάσμα, *hiatus patulus*, proprie terrae, deinde *rictus*, *ein Rachen*, vt h. l. Hesych. χάσμα· στόμα. Imitatus est h. l. Silius Italic. III, 34. ad quem locum vid. Drakenb. qui ibi nostrum locum laudat. Etiam Claudian. in Rufin. II, 252. *vacuo, qualis discedit*, hiatu *impatiens leo.*

ὀδόντων poëtice pro στόματος, vti Stephanus interpretatur, quia dente maxime timendus est leo.

v. 5. νηκτὸν, *facultas natandi*, pro νηκτικὸν, a νήχομαι, *nato.*

τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτὸν,
τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα.
γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.

v. 6. πέτασθαι, *facultas volandi*, vti infra odar. XXIV, 4. δραμεῖν. Infinitiuus sine articulo ponitur hic pro substantiuo. cf. Lamb. Bos animaduerss. pag. 79.

v. 7. φρόνημα *prudentiam* hoc loco significare H. Stephano videtur, cui assentitur Brunckius, citans ille Pseudo-Phocylidis λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι. *Virtutem, animum excelsum, fortitudinem* cum Pauo Hèskin ad Bionis Fragm. VIII, Harlesius in anthol. graeca poët. pag. 5. et Degen in ind. Anacr. pag. 215. interpretantur; denique *scientiam et sollertiam tractandi arma et iis commode vtendi, adjutam ab animo et corpore*, cum Barnesio et Baxtero Fischerus. Non male, si huc referas ex v. 10. ἀντ' ἀσπίδων ἁπάντων· quae quidem verba innuere videntur, esse quoddam vocabulum antegressum, quod scientiam arma tractandi denotet. Probabilior tamen altera ratio, vt de *animo excelso* adeoque *superbo* dicatur. *Viri* enim peculiaris character τὸ φρονηματίαν εἶναι, quemadmodum *hominis*, de quo personatus ille Phocylides, τὸ λογικὸν εἶναι. cf. Zeune animadv. ad Anacr. pag. 3. sq. etiam Degen in notis ad calcem edit. gr. lat. adjectis pag. 214.

v. 8. γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν. Haec verba verti debent: *non habuit, quod daret foeminis, quo corpus defenderent.* Namque virtutes omnes, quas poëta hactenus in animalibus praedicauerat; positae erant in iis, quibus vim a se depellerent corpusque suum defenderent. Inde patet conjecturae vanitas Lennepii, qui ad Coluth. pag. 107. sic emendat: οὐκέτ' εἶχεν, τί ἂν δίδωσι, ita vt verba κάλλος ἀντ' ἀσπίδων naturae sint respondentis. Quam quidem emendationem scite explosit Hindenburgius in Specim. pag. 17. cf. Fischer. ad h. l. itemque Brunck.

Jam vero hunc locum imitatus est Xenophon Cyrop.

τί οὖν δίδωσι; κάλλος,
ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον
καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

ODARIVM III.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Sub dio oberrans noctu hiemisque vi compulsus Cupido hospitium poëtae quaerit, ab eoque recipitur.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,

II, pag. 140. edit. Hutchinsoni, qui hunc versum Anacreontis in notis suis adscripsit.

v. 9. κάλλος h. l. propria notione est *pulcritudo*, vti adiectiuum καλὴ v. 13. *pulcra puella*. cf. Odar. VIII, 10.

v. 10. ἀντ' ἐγχέων, *pro hastis*. Hesych. ἔγχος· δόρυ. ἀσπὶς, *clypeus*, *scutum*.

v. 12. et 13. Sensus est: formosa foemina et ferrum et ignem vincit.

ODARIVM III.

Venustatem huius odarii plenius exposuit Degen in libello, cui titulum fecit: *Ueber die Philosophie des Anacreon*, pag. 34—44. Vel ipse Pauus hocce odarium mellitum et vere elegans appellat.

v. 1. μεσονυκτίοις. Est haec vox solis poëtis consueta, vti a Thoma Magistro, Phrynicho et Phauorino monitum est, licet illa semel apud Aristotelem legatur. Attici

στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
μερόπων δὲ φῦλα πάντα.

dicunt *μεσούσης νυκτὸς*, siue *μέσης νυκτός*· in N. T. et LXX. *νὺξ μέση*.

ὥραις plur. accipi debet pro *singul.* *ὥρα*, ita vt *μεσονυκτίοις ὥραις* idem sit, quod *ἐν μέσῳ νυκτῶν* apud Xenoph. *Cyrop.* V, 3. 19. vid. Hindenburg. ad Xenoph. *Memor. Socr.* IV, 3. 4. et Fischer. ad h. l.

ὥρα proprie est *tempus*, deinde *certum anni, diei, aetatis* etc. *tempus*, vt *pueritia, iuuentus* etc.

v. 2. *στρέφεται*, *se vertit*, siue *vertitur*. Ita Ovid. Trist. I, 3. 2. Versaque *erat ab axe suo Arctos* etc. *Vertere axes* de eadem re dicitur apud Lucan. Pharf. II, 237. Theocrit. Idyll. XXIV, 11. *Ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν Ἄρκτος*, *vertit ad occasum*.

Ἄρκτος, *Vrsa*, est vel *μικρὰ*, *minor*, vel *μεγάλη*, *major*, siue Cynosura, sidus fulgentissimum, quod se nocte media ad occasum vertit, et est in septemtrionibus, constans stellis viginti vna. cf. Hygini *Astron.* III, 1. pag. 418. sq. edit. Munckeri et Aratus *Phaenom.* 27. sq.

v. 3. *κατὰ* h. l. est *circa*, *ad*.

Βοώτης est sidus prope Vrsam. Dicitur quoque *Ἀρκτοφύλαξ*, h. e. *custos Vrsae*, quia Vrsam quasi insequi videtur. Sic enim Aratus *Phaenom.* 92. *Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην*. cf. Ouid. Fast. III, 405. Etiam *custos Erymanthidos* appellatur, Ouid. Trist. I, 4. 1. Est quoque insignis locus de hoc sidere apud Ciceronem de nat. deor. II, 42. sub fin.

Arctophylax, *vulgo qui dicitur esse* Bootes:
quod quasi temone adjunctam prae se quatit Arctum.

Hesych. *Βοώτης*· *ὁ Ὠρίων*. *οἱ δὲ, φύλαξ*. Bootes autem constat ex stellis quatuordecim, quae vero non omnes sub adspectum cadunt. vid. Hygin. l. c.

Est igitur in his versibus astronomica descriptio noctis mediae. cf. Degen in *annot. ad hoc odarium* addita theotiscae versioni Anacr. p. 77.

v. 4. *μερόπων φῦλα πάντα*, *omnes homines*. Nam *φῦλον*, *gens*, periphrasin facit. Sic

κέαται κόπῳ δαμέντα,
τότ' Ἔρως ἐπιστᾶθεὶς μευ
θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;

Hesiod. Ἔργ. 90. φῦλα ἀνθρώπων, et v. 199. φῦλα ἀθανάτων pro ἀθάνατοι. Theogn. 591. φῦλα γυναικῶν. et v. 702. φῦλα Θεῶν. Orph. Argon. 52. φῦλα ἀνθρώπων.

μέροπες, a μείρω, *divido*, et ὄψ, *vox*, sunt *homines*, quia vtuntur *voce articulata*. Hesych. μέροπες· ἄνθρωποι, διὰ τὸ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, ἤγουν τὴν φωνήν. Sed φωνὴ μεμερισμένη est *vox articulata*.

v. 5. κέαται Ionice pro κεῖνται. vid. Io. Ge. Trendelenburg *Anfangsgründe der griechischen Sprache, fünfte Auflage* (*Leipzig* 1805. *in* 8.) pag. 260. 2. d.

κόπῳ δαμέντα, *homines fessi laboribus, defatigati*. Nam δαμᾷν est *supprimere, defatigare*. Hesych. δαμάζειν, ὑποτάσσειν. Et κόπος, vti πόνος, de labore dicitur corpus defatigante. Sic etiam κάματος, a κάμνω, *fatigor, deficio*, apud Homer. vsurpatur, v. c. Iliad. X, 471. οἱ δ' εὗδον καμάτῳ ἀδδηκότες, quod idem est atque hoc loco κόπῳ δαμέντα.

Porro Odyss. VI, 2. de Ulysse: ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος.

v. 6. Ἔρως est *Cupido*, quod ex iis patet, quae illi infra v. 17. attribuuntur: Φέροντα τόξον, πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην.

ἐπιστᾶθεὶς particip. aor. I. pass. h. l. pro part. aor. II. act. ἐπιστὰς, *adstans*. ἐπιστῆναι autem dicitur de iis, qui aliis superueniunt.

v. 7. θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας, *pulsauit fores*, quod v. 8. est θύρας ἀράσσειν. Vocabulum ὀχεὺς dictum de *januis*, vt h. l. est *repagulum, obex, pessulus*. Est autem venuste dictum ὀχῆας θυρέων pro θύρας. cf. Degen *über die Philosophie des Anacreon* pag. 38. vid. Homer. Odyss. XXI, 47.

κόπτειν proprie, vti h. l., dicitur de iis, qui intromitti cupiunt, vti ψοφεῖν dicuntur, qui exituri manu fores percutiunt. vid. Bach. ad Xenoph. Sympos. pag. 118. — Caeterum ὀχῆας ionice pro ὀχέας.

v. 8. ἔφην. ἔφη sic saepissi-

κατὰ μεῦ σχίσεις ὀνείρους.
ὁ δ' Ἔρως, ἄνοιγε, φησὶ,
βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι.
βρέχομαι δὲ, κἀσέληνον
κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας,

me ponitur, cum quis ipsa alterius verba adfert.

ἀράσσειν, pulsare, tundere, quod v. 7. κόπτειν. Hesych. ἀράσσειν· κρούων. cf. Schol. ad Theocrit. Idyll. II, 6.

v. 9. κατὰ μεῦ σχίσεις est tmesis pro κατασχίσεις, et ponitur futur. pro praes. quod frequens est poëtis, v. c. Euripid. in Hippol. Coronato v. 353. οἴμοι, τί λέξεις, τέκνον; ὥς μ' ἀπώλεσας. σχίζειν ὀνείρους autem poëtice dicitur, *abrumpere somnia*, velut Sil. Ital. XV, 48. *abrumpere somnos*, ad quem locum vid. Drakenb. qui hunc Anacreontis versum ibi excitat. Caeterum lectio cod. Vatic. κατὰ — σχίζεις metro aduersatur.

v. 10. ἄνοιγε. ἀνοίγειν est verbum proprium in hac re. cf. v. 16. Sic etiam Matth. XXV, 11. ἄνοιξον, et Matth. VII, 8. τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

v. 11. *βρέφος, puer,* vti Ouidius Cupidinem appellat, fragm. de remed. amor. 11. et ex Ponto III, 3. 65. Sic etiam apud Mosch. I, 11. δόλιον βρέφος vocatur.

μὴ φόβησαι, *bono sis animo.* cf. Luc. I, 13. μὴ φοβοῦ. φοβοῦμαι. *terreo me*, h. e. timeo. cf. infra XXIX, 16.

v. 12. βρέχομαι, vti v. 26. *madeo, madidus sum.*

ἀσέληνος νὺξ, nox illunis: Sil. Ital. XV, 619. et Drakenb. ad illum locum.

v. 13. κατὰ h. l. *per*, et *tempus* notat, cum alias de *loco* vsurpetur.

πεπλάνημαι praeterit. pass. h. l. pro praet. med. quod notionem habet praesentis, *erro.* πλανᾶν, et apud Homerum πλάζειν, est facere, vt quis erret. πλανᾶσθαι in med. se errare facere, i. e. *errare.*

v. 14. *ἐλέησα, commotus sum. Ich ward gerührt.*

ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας
ἀνέῳξα, καὶ βρέφος μὲν
ἐσορῶ, φέροντα τόξον,
πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην.
παρὰ δ' ἱςίην καθίξας,

v. 15. ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας eſt tmeſis, pro ἀνάψας δ' εὐθὺ λύχνον, vti ſupra v. 9. κατὰ μεῦ σχίσεις. cf. infra v. 29.

εὐθὺ pro εὐθέως, *ſtatim*, *continuo*. Heſych. παραχρῆμα. Sic etiam ταχὺ ſaepenumero ponitur pro ταχέως.

λύχνος eſt *lucerna*, *lampas*, *candela*. λύχνον ἅπτειν dicitur etiam apud Theophraſt. cap. 19. et Luc. VIII, 16. XV, 8. Etiamnunc Graecos in cubiculis vti lampadibus, docet Degen in notis ad edit. Anacreont. gr. lat. pag. 216.

v. 17. ἐσορῶ, *compoſ.* pro *ſimpl.* ὁρῶ.

βρέφος φέροντα eſt ſyneſis. Sic Ariſtoph. in Plut. 292. τέκνα ἐπαναβοῶντες. Plura ex veterum tum Graecorum tum Romanorum ſcriptoribus collegit Drakenborchius ad Sil. Ital. X, 307. Neque enim opus erit, vt cum Stephano, quem Schneiderus l. c. pag. 139. et Zeune animaduerſſ. pag. 5. ſecuti ſunt, legamus φέρον δέ.

v. 18. πτέρυγας, *alas*. Hinc a Latinis poëtis *Cupido* dicitur *praepes* et *volucris*. Ouid. Heroid. VIII, 98. Idem etiam de arte am. II, 19. de Cupidine dicit: *habet* geminas, *quibus auolet*, alas. Sed *alae* Cupidinis a poëtis dicuntur *aureae*. cf. Heinſius ad Ouid. Amor. I, 2. 41. Alas in notis eſſe, quibus dignoſcatur Cupido, patet ex Colutho v. 256.

φαρέτρην. Ouid. Metam. I, 468. *Cupido* dicitur *ſagittifer*. Apud Achill. Tat. lib. II. pag. 73. verba ſunt Cupidinis: σχῆμα ϛρατιωτικὸν, τόξον καὶ φαρέτραν καὶ βέλη· ἀνδρεῖα πάντα. Caeterum verbum φέρειν τῷ τόξον quidem et τῷ φαρέτρην conuenire, ſed minus τῷ πτέρυγας, quisque facile videbit.

v. 19. ἱςίην ion. pro ἱςίαν. *Iſtia focus*, ſiue inſtrumentum, vaſculum, quo ignis ad cale-

παλάμαισι χεῖρας αὐτοῦ
ἀνέθαλπον, ἐκ δὲ χαίτης
ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
φέρε, φησὶ, πειράσωμεν

faciendum conderetur, *eine Kohlen-Pfanne.* Etiamnunc apud hodiernos et Graecos et Orientis populos ejusmodi focos in vſu eſſe docet Guy *in der litter. Reiſe nach Griechenland* I. *Th.* 4. *Br.* cf. Degen in notis l. c. pag. 216.

καθίξας dorice pro καθίσας. cf. Trendelenburg *Anfangsgründe der griech. Sprache* pag. 258. n. 6. Sed καθίζειν proprie, vt h. l., eſt *collocare.*

v. 20. παλάμη, lat. *palma,* quod inde factum eſt, *die innere, hohle Hand.* Nam ea parte manus ſolemus calefacere.

v. 21. ἀνέθαλπον compoſ. pro ſimpl. θάλπειν, eſt *fouere, calefacere.* χαίτη propriè eſt *iuba, die Mähne.* Heſych. χαίτη· ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου θρίξ. cf. Aelian. var. hiſt. XII. 46. Deindè de *comis* dicitur et *hominum, die Locke,* vt h. l. et odar. XXII, 3. et *arborum.*

v. 22. ἀποθλίβειν, *exprimere, ſiccare.* Nam θλίβειν eſt *premere.*

Senſus eſt: *exprimebam e comis vim aquae.* Imiratus eſt hunc locum Ouidius Heroid. XVIII, 104. *Madidam ſiccaui imbre comam.* it. de arte am. III, 324. *madidas expreſſi imbre comas.* ὑγρὸς eſt *madidus, humidus.*

v. 23. κρύος et κρυμὸς eſt *frigus fere magnum.* Heſych. κρύος· ῥῖγος, ψῦχος. Ei opponitur θάλπος, Axioch. 3. 11. etiam καῦμα, Anton. Liberal. Metam. 23. extr.

μεθῆκε, ſubaudi ἑαυτὸ, activ. pro med. Sic Latini dicunt *remittere* pro *ſe remittere.* Senſus eſt: *quum frigus remiſiſſet.*

v. 24. πειράσωμεν τόδε τόξον, *experiamur arcum.*

φέρε, *age.* Quae vox oſtendit, lectionem noſtram praeferendam eſſe lectioni πειράσωμαι, quam habet cod. Vatic. cf. Fiſcher. ad h. l.

τόδε τόξον, ἐς τί μοι νῦν
βλάβεται βραχεῖσα νευρή.
τανύει δὲ, καί με τύπτει
μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος,

v. 25. ἐς τί, *in quantum.* Sic Baxterus repoſuit pro vulgaro ἐστί. Sed Stephanus mutauit εἴ τι, *num quid;* quam emendationi praeferunt Barneſius, Fiſcherus, Zeune animaduerſ. in Anacr. pag. 6. Fiſcherus quidem ita debere legi cenſet ob verſum 31. Sed cum ſenſus parum diſcrepet, ſiue ἐς τί legas, ſiue εἴ τι, adſentior Schneidero in *Anmerk. über den Anacr.* pag. XLII. qui ἐς τί adſenſu ſuo comprobat, propterea, quod manu librarii facilius potuit ἐς τί coaleſcere in ἐστὶ, quam εἴ τι. Neque etiam huic emendationi officier v. 31. κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι· h. e. *neruus ſaluus eſt.* Senſus eſt: *Haud ſcio, an ex imbre neruus vitium ceperit: age ergo exploremus, in quantum laeſus ſit.* Sed κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι, *ne minimum quidem detrimenti acepit.* cf. Homer. Iliad. V, 465. ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι ἐάσετε λαὸν Ἀχαιοῖς. Theocrit. Idyll. V, 37. ἴδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει. Iuuenal. Sat. XIV, 318. in quantum *ſitis atque fames et frigora poſcunt.* Quae loca Baxterus laudat.

v. 26. βλάβεται poëtice pro βλάπτεται. Heſych. βλάβεται· βλάπτεται.

βραχεῖσα, *madefacta.* vid. ſupra ad v. 12.

νευρὴ, *neruus,* quo arcus intenditur, *die Sehne.* Ouid. Metam. I, 155. *Flectentem cornua* neruo *adducto.* Verte: *an laeſus ſit imbre neruus.*

v. 27. τανύει, *tendit,* pro τείνει. Heſych. τανύει· ἐκτείνει, ἕλκει, τείνει.

τύπτειν, *percutere, ferire.*

v. 28. ἧπαρ, eſt *jecur, hepar.* Hanc partem corporis praecipue ſedem amoris eſſe veteres cenſebant. Sic Moſch. I, 17. ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται. Sed h. l. σπλάγχνα ſunt ἧπαρ, vti Heſych. interpretatur. cf. Theocrit. Idyll. XI, 16. vbi Cupido dicitur ferire jecur ejus, qui amore capitur. Ejusmodi homines amore correpti habere dicuntur *jecur vlcerofum* apud Horat. I.

ἀνὰ δ' ἄλλεται καχάζων,
ξένε δ', εἶπε, συγχάρηθι,
κέρας ἀβλαβὲς μὲν ἐστι,

od. XXV, 16. *Cum tibi fervens amor et libido, Quae solet patres furiare equorum, Saeuiet circa* iecur vlcerosum. Omnino veteres solebant singulis perturbationibus animi singulas corporis partes sedem tribuere, velut frontem et genas pudicitiae ac verecundiae, oculos prudentiae, nasum irae, et similia.

οἶστρος, *asilus*, *tabanus*, *eine Bremse*. Gloss. vett. οἶστρος· ὁ μύωψ. Atque haec propria notio etiam h. l. obtinet. Deinde etiam est *furor*, siue stimulus, quo quis agitatur. Sic de *amore* Coluth. v. 95. οἶστρος φιλότητος. Et verbum οἰστρᾶν (οἰστρεῖν), quod Aristoph. Plut. 43. de tauris vsurpatur, apud Theocrit. VI, 28. de vehementiori amore dicitur:

— — — ἐκ δὲ θαλάσσης
οἰστρεῖ παπταίνοισα ποτ' ἄντρα τε καὶ ποτὶ ποίμνας.

vid. Ammonius, Hesychius et Phauorinus in voce οἶστρος. cf. Lennep. ad Coluth. pag. 59. sqq. et de la Cerda ad Virgil. *Georg.* III, 148.

v. 29. ἀνάλλεσθαι, *exsilire*, est verbum proprium saltantium. cf. Pollux III, 151.

καχάζων pro καγχάζων. Sed καγχάζειν est *cachinnari*, quod inde factum est.

v. 30. ξένος, 1) *peregrinus*, 2) *hospes*, *Wirth*, vt h. l.

συγχάρηθι, *gratulare mihi*. Nam συγχαίρειν proprie est *gratulari*, vt Luc. XV, 9. Sic etiam apud Iul. Caes. de B. G. I, 30. verbum *gratulari* Metaphrast. gr. reddit συγχαίρειν. Differt ab ἐπιχαίρειν, quod est *gaudere de alterius malis*: sed συγχαίρειν, *laetari de rebus secundis aliorum*. cf. Ammon. de different. verbor. pag. 57. edit. Valckenaer.

v. 31. κέρας, 1) *cornu*, 2) ob similitudinem *arcus*, vt h. l. vnde Latini *cornu* saepius ponunt pro *arcu*. cf. Heins. ad Ouid. Heroid. IV, 39. κέρατα proprie sunt *extremae arcus partes*, quae a poëtis latinis *capita* dicuntur. Sic Virg. Aen. XI, 860. *donec curuata coirent inter se capita.*

ἀβλαβὲς μέν ἐστι, *saluus est*.

B

σὺ δὲ καρδίην πονήσεις.

ODARIVM IV.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Ex breuitate vitae nimia, quam eleganter depingit, docet poëta, vsura vitae concessa jucunde fruendum esse.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις

v. 32. καρδίην (subaudi κατὰ) πονήσεις, *corde dolebis.* Degen vertit commode: *Du wirst Herzweh fühlen.* Ita et Latini *laborare* ponunt, v. c. Horat. I. od. XVII, 9. I, XXVII, 19. Infra odar. XL, 14. 15. actiue vsurpatur, pro *cruciare, vrere.*

ODARIVM IV.

Contra Pauum, qui hoc odarium inepte vult diuidi in duo, quorum prius Εἰς ἑαυτὸν inscribatur, posterius autem a versu vndecimo, Εἰς Ἔρωτα δουλεύοντα, disputat Zeune in *animaduerss. ad Anacreont.* pag. 6.

v. 1. μυρσίναι, et attice μυῤῥίναι, τέρειναι sunt idem quod κλάδοι μύῤῥινοι, *rami, folia myrtacea,* quibus veteres ob suauem odorem vtebantur, myrto et loto incubantes, cum bibebant. Nectebant etiam in conuiuiis coronas ex ejusmodi foliis. cf. Horat. I, Od. IV. 9. Nam μύρτος, *myrtus,* Aegyptiaca, in arboribus fuit fragrantissimis et optime olentibus, vti docet Theophrast. de plant. lib. VI, cap. vlt.

τέρην est *tener, mollis, qui facile atteritur, zart,* a τέρειν, vnde Latin. *terere.* Hesych. τέρην· ἁπαλός. *Folia myrtacea tenera,* siue *mollia.*

v. 2. ποίαις pro πόαις. πόα est *gramen, herba.*

λώτινος, ex *loto* factus. Sed

ςορέσας θέλω προπίνειν.
ὁ δ' Ἔρως χιτῶνα δήσας

λωτὸς, *lotus*, est planta Aegyptiaca, vel *syluestris*, vel *satiua*; h. l. *satiua*, cujus odor suauissimus est. Ex ejus frondibus et foliis nectebantur coronae, quas λωτίας vocabant. cf. Athenaeus lib. XV, cap. 6. et Suidas sub voce λωτός. Ex trunco *loti* conficiebantur tibiae: inde λωτὸς saepenumero pro αὐλός. cf. Heinsius ad Sil. Italic. XI, 432. et Tan. Faber in *notis in Anacr.* ad h. l. De *myrto* et *loto* cf. Salmas. *Exercitt. Plin.* pag. 728 sqq.

v. 3. ςορέσας, vel *actiuum* pro *medio* ςορεσάμενος, subintellecto ἐμαυτὸν, vt in κλίνειν, ἀνακύπτειν, ἀποῤῥίπτειν et aliis; vel, quod Baxtero placet, *actiuum* pro *passiuo* more Atticorum. Igitur verti potest vel *fusus* in herba, vt Ouid. Metam. III, 425. vel *reclinatus*, vti Horat. 2. Od. III, 8. vel *stratus*, quemadmodum idem Horat. 1. od. I, 22. Infra odar. LII, 16. est χυθεῖσαν. ςορεῖν est *sternere*, quod proprie de lecto vsurpatur. cf. Homer. Iliad. XXIV, 645. et 648. Caeterum ex hoc stramenti genere Anacreonti nil quidquam molestiae nasci potuisse, quod nonnulli interpretes metuebant, ostendit Arnaldus *Var. Conject.* pag. 101. ex Ouid. Metam. IV, 314. cf. Schneider ad h. l.

προπίνειν, proprie est *vinum*; quod in patina vel phiala est, *summis labris delibare*, illudque *aliis bibendum dare*. cf. Heinsius ad Sil. Italic. XI, 301. Athenaeus lib. XI, cap. 14. προπίνειν· τῷ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτοῦ δοῦναι πιεῖν. Et Hesych. τιμᾷν διὰ τοῦ οἴνου. Erat enim signum honoris, quem aliis tribuebant. Sed h. l. *compos.* pro *simpl.* πιεῖν, *potare*, *vino se beare*, vt Horatius l. c. loquitur. Sic etiam est infra odar. IX, 29. et LVII, 3. Ita etiam πρόποσις apud Aelian. var. hist. XII, 1. Baxtero emphasis inesse h. l. verbo προπίνειν videbatur. cf. Harles. in anthol. gr. poët. pag. 8.

v. 4. Ἔρως, *Cupido*.

χιτὼν, *tunica*, erat vestimenti genus, constans ex duobus frustis panni albi, versus collum exsectis, et in lateribus fibulis colligatis. cf. Ferrarius *de re vestiaria Tom.* I, *lib.* III, *cap.* 6. Fibulae

5. ὑπὲρ αὐχένος πάπυρῳ,
μέθυ μοι διακονείτω.
τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα

tunicarum dicebantur περόναι, et erant vel aureae, vel papyraceae, quibus tunica in humeris praecingebatur; quod potissimum a seruis fiebat in conuiuiis ministrantibus. cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll. v. 32. pag. 64. et 65. Plin. hist. nat. XIII, 11. et Dorville in vanno crit. pag. 243. Baxterus ad h. l. rem illustrat ex Iuuenal. Sat. IV, 24. Igitur verti debet: *tunica religata in humeris fibula e papyro*, siue papyracea.

δήσας, a δέω, *ligo*, *vincio*. Sic infra odar. XXX, 2. de Musis Cupidinem coronis florum vincientibus.

v. 5. αὐχὴν, *ceruix*.

πάπυρος, frutex Aegypti, in palustribus et Nili stagnis nascebatur; etiam in vicinia Syracusarum haud procul a Cyane fonte inueniebatur. cf. Caylus *Abhandlungen zur Geschichte und Kunst*, 1. *Band*, *pag*. 214. sqq. Ex papyro fiebant quondam stragula et vestimenta seruorum. cf. Plin. hist. nat. XIII, 11. v. Fischer ad h. l.

v. 6. μέθυ, proprie *merum*. Sed apud poëtas deinde etiam ponitur pro οἶνος, *vinum*. Hesych. μέθυ· οἶνος.

διακονεῖν, proprie de seruis dicitur, et est *ministrare cibum* et *potum* conuiuantibus. Hinc ejusmodi serui dicebantur διακονοῦντες παῖδες, Theophrast. charact. II, 5. etiam δοῦλοι διακονοῦντες, ibid. cap. XII. lat. *serui ministrantes*, siue *ministratores*. cf. Pignorius *de seruis* pag. 100. et 130. Sic etiam διακονία et διακονεῖν Matth. IV, 11. et Luc. X, 40. Itaque reddatur: *Cupido mihi pocula ministret*, siue *Cupido mihi ministret bibere*.

v. 7. τροχὸς, *rota curulis*. Est elegans et venusta celeritatis vitae nostrae descriptio, comparatione ducta a rotis curruum in certaminibus. Sic Seneca in Herc. fur. *properat cursu vita citato volucrique die rota praecipitis vertitur anni*. Et Horat. 2. od. XVI, 22. cf. Harles. in notis *ad Anthol. gr. poët*. pag. 8.

οἷα, pro οἷον. vid. infra ad odar. V, 12. Solent enim

βίοτος τρέχει κυλισθείς·
ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
κόνις, ὀςέων λυθέντων.
τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;

Graeci frequenter vti *neutris adjectiuorum plur.* pro *aduerbiis.* Hesych. οἷα· ὥσπερ, καθάπερ.

v. 8. *βίοτος, vita*, i. q. *βίος.* Simili ratione Sil. Italic. VI, 221. *per varios* praeceps voluitur *casus.*

κυλισθεὶς referri debet non ad *βίοτος*, sed ad *τροχός.* Nam a rota *circumacta* sumitur comparatio. Igitur ordo verborum hic est: *βίοτος τρέχει οἷα τροχὸς ἅρματος κυλισθείς. κυλίειν* est *voluere.* Pauw et Medenbach in *amoenitt. litt.* pag. 49. versum 7. et 8. per transpositionem sic legunt: *βίοτος τρέχει γὰρ οἷα τροχὸς ἅρματος κυλισθείς.* Sed temere, vti Schneiderus pag. 132. ostendit.

v. 9. *ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα κόνις.* cf. Ouid. Metam. VIII, 496. *Exiguus cinis jacebimus.* it. Pont. III, 2. 26. et Horat. 2. od. VII, 16. *Nos vbi decidimus, quo Tullus diues et Ancus*, puluis *et vmbra* sumus. cf. Heinsius ad Ouid. de arte am. III, 21.

κεῖσθαι, vti Latinorum *jacere*, proprie de *mortuis* vsurpatur. cf. Euripid. Phoeniss. v. 1288. Theocr. Idyll. XXIII, 44. Aelian. var. hist. V, 17. VIII, 19. et Abresch *dilucid. Thucyd.* pag. 2:6.

v. 11. *τί σε κ. τ. λ.* Poëta venuste nunc amicum alloquitur absentem. cf. *Schneider* l. c. p. 133.

δεῖ, opus est. cf. *Obseruatt. miscell.* lib. III, p. 245. Schneiderus, qui putat h. l. abundare, vertit: *decet*, et prouocat ad Aristoph. Nub. 960. *πρῶτον μὲν ἔδει φωνὴν παιδὸς γρύξαντος μηδέν' ἀκοῦσαι.*

λίθος est *lapis sepulcralis, cippus*, qui alias vocatur *στήλη.* Cadauera et sepulcra ipsa antiquissimis temporibus adspersa fuisse odoribus, et vnguentis illita, docet Kirchmannus *de funeribus veterum Romanorum, lib.* IV, *cap.* 2. cf. *Heyne Sammlung antiquarischer Auffätze* 1. *Th.* pag. 62. vid. Anthol. gr. edit. Stephan. lib. II, cap. 46. pag. 270. et Theophrast. char. cap. XXII.

μυρίζειν, a *μύρον, vnguentum*, est *vnguentis imbuere.* vid. in-

τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην.

ſra ad odar. IX, 3. Senſus eſt: *Me viuum potius vngas, quam, me mortuo, lapidem meum ſepulcralem.*

v. 12. γῇ h. l. eſt *tumulus, ſepulcrum.*

μάταια, *neutrum* plur. pro *aduerb.* ματαίως, vt odar. V, 5. ἁβρὰ pro ἁβρῶς. μάταιον eſt quod *fruſtra* fit, a μάτην, *fruſtra.*

χέειν. Solebant veteres in tumulum effundere lac, vinum, aquam et ſanguinem Diis infetis et manibus; quae ſactifieia dicebantur χοαί. Quamobrem Anacreon vetbo χέειν vtitur. Heſych. χοαί· θυσίαι. Sic Virgil. Aen. III, 301. ſeq.

Solemnes tum forte dapes, et triſtia dona,
Ante vrbem in luco falſi Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum. ——

v. 13. μᾶλλον pro μᾶλλον δὲ, *immo.*

v. 14. μύρισον. Vngebant ſe veteres et capiti coronas imponebant in conuiuiis. cf. infra odar. V. Horat. 2. od. XIII. et VII. Ouid. Heroid. XXI, 161. vid. Ioſeph. Lanzonius de coronis et vnguentis veterum, Fettariae, 1715. in 4to.

ῥόδοις δέ. H. l. δὲ idem eſt atque καὶ, vti ſupra odar. I, 2.

κρᾶτα, *caput.* Heſych. κρᾶτα· κεφαλήν. Eſt verbum poëticum. Homer. Odyſſ. IX, 92. ἂψ δ' Ὀδυσσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυπτόμενος γελάασκεν. Ceterum κρᾶτα in maſculino genere ab Homero et Sophocle dici, et Barneſius oſtendit, et Tanaqu. Faber ad h. l. κρὰς, κρατὸς, *caput.*

v. 15. πύκασον κρᾶτα ῥόδοις, *impedi caput corona roſea.* Heſych. Πύκαζε. κάλυπτε. ςεφάνου. πύκνου. πυκάζειν eſt 1) *denſare,* 2) *tegere, contegere,* 3) *ornare.*

ἑταίρην, *puella, virgo.*

πρὶν ἐκεῖσε δεῖ μ' ἀπελθεῖν,
ὑπὸ νερτέρων χορείας,
σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

v. 16. πρὶν ἐκεῖσε. Ita emendauit Brunckius, quum in codicibus fuisset: πρὶν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν, ac si orationem poëta verteret ad Cupidinem. Quod satis frigide. Inde Baxterus fecerat: πρὶν, ἐρῶ σε, δεῖ μ' ἀπελθεῖν. Sed et ἐρᾶν jungi sibi poscit genitivum, neque illud latino-graecum ἐρῶ σε, *amabo te*, satis conuenit aetati Anacreontis. Adde, quod Brunckiana emendatio sequenti versu, ὑπὸ νερτέρων χορείας, quae verba illud ἐκεῖσε explicant, admodum commendari videtur. cf. Brunck. ad h. l. et Degen in notis edit. Anacr. graeco-theotiscae adiectis pag. 218.

v. 17. ὑπὸ est h. l. *ad*. Ita etiam ὑπὸ cum accus. odar. XVIII, 16. et cum dat. odar. VI, 4. XXXIX, 21. Sic etiam Latini vtuntur praepositione *sub*. Virgil. Aen. IV, 660. *Succurrit* sub *vmbras*.

νερτέρων, per aphaeresin pro ἐνερτέρων. ἐνέρτερος est *inferior*, ab ἔνερος, *mortuus*, quod ex ἐν, *in*, et ἔρα, *terra*.

χορείας. Poëta intelligit choreas, quae in campis Elysiis a felicium animorum coetu exercebantur, ex opinione veterum. cf. Tibull. I, 3. et ibi Brouckhus. Virg. Aen. VI, 644. Pindar. Olymp. II, 128. Valer. Flacc. I, 843.

v. 18. μέριμναι sunt *curae edaces* apud Horat. 2. od. XI, 17. siue *sollicitudines mordaces* apud eundem 1. od. XVIII, 4.

σκεδάσαι θέλω μερίμνας. Sensus est: *volo vino curas depellere*. cf. Tibull. I, 16. 1. Homer. Odyss. VIII, 149. σκέδασον δ' ἀπὸ κήδεα θυμοῦ. Moris erat apud Aegyptios, vt in conuiuiis loculum adferrent cum lignea cadaueris effigie, quem singulis conuiuatoribus ostenderent, additis his verbis: ἐς τοῦτον ὁρέων, πῖνε τε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος, vt narrat Herodotus lib. II, cap. 78.

Caeterum venustatem huius odarii vberius exposuit Degen *über die Philosophie des Anacreons*, pag. 23. sqq. et 54. sqq. idemque in *praefat.* praefixa *versioni Anacr. theotiscae* pag. 57. sqq.

ODARIVM V.

Εἰς ῥόδον.

ARGVMENTVM.

Poëta laudes celebrat rosarum.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων
μίξωμεν Διονύσῳ·
τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,

ODARIVM V.

v. 1. τὸ τῶν Ἐρώτων. *Rosa* sacra erat Baccho, Cupidini, et Amoribus. Hinc ea dicitur Ἔρωτος ἄνθος, odar. LII, 15. et v. 43. φυτὸν Λυαίου. Ex rosis fiebant etiam corollae, quibus Bacchus et Amores cingerentur.

v. 2. μίξωμεν Διονύσῳ. Codex Vatic. legit τῷ Διονύσῳ· vitiose. Pro μίξωμεν Baxterus emendat ἀναμίξομεν· quod non erat necesse. Nam versus est Pherecraticus.

Διόνυσος est *Bacchus*, vini deus; sed h. l. synecdochice *vinum*. Suidas: Διόνυσος· ὁ Σεμέλης υἱός· παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν· ἢ παρὰ τὸ διανοεῖν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν. Sensus ergo est: *iubeamus huc ferri vina et flores amoenae rosae*, vti Horat. 2. od. III, 13. siue: *potemus tempora redimiti rosis.* Quod idem etiam versibus sequentibus 3. 4. et 5. declaratur. Ex hilaritate enim solemus nonnumquam eamdem rem saepius repetere.

v. 3. ῥόδον καλλίφυλλον est *flos amoenae rosae*. καλλίφυλλος, quod verbum desideratur in Stephani thes. gr. ling. est a φύλλον, *folium*. Sed ῥόδον h. l. ponitur pro στέφανος, siue στεφανίσκος ῥόδινος, *corona ex rosis nexa*. cf. odar. VI, 1.

v. 4. κρόταφοι sunt *tempora*, *die Schläfe*, quae alias, sed rarius, dicuntur κόρσαι apud Homer. v. c. Iliad. V, 584. cf. infra odar. VI, 1. et XLII, 6.

ἁρμόζειν et ἁρμόττειν est *apta-*

πίνωμεν ἀβρὰ γελῶντες.
τὸ ῥόδον φέριστον ἄνθος,
ῥόδον εἴαρος μέλημα.
ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνὰ,
ῥόδα, τοῖς ὁ παῖς Κυθήρης

re. Sic Pindar. Isthm. VII, 54. χαίτας στεφάνοις ἁρμόζειν. vid. Degen in *ind. Anacr.*

v. 5. ἀβρὰ, vti odar. VI, 8. *aduerbialiter* pro ἀβρῶς, *molliter, delicate, dulce.* vid. quae supra ad odar. IV, 7. notavimus.

γελᾷν, *ridere*, h. l. est *jocari liberius*, *hilarem esse.*

v. 6. Hic versus a multis grammaticis et tentatus est, et explicatus. Brunckius ex conjectura Lennepii ad Coluth. pag. 7. hunc versum reposuit: τὸ ῥόδον φέριστον ἄνθος, cum in codd. fuisset: ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος. Quae quidem lectio nobis quoque elegantia sua videbatur maxime commendari. Sed φέριστον ἄνθος est *flos amoenissimus.*

v. 7. εἴαρος ionice pro ἔαρος. ἔαρ est *ver.*

μέλημα, a μέλει, est *cura.* Barnesius vertit *alumnus*, siue *alumna.* Sed haec significatio non potest certa auctoritate firmari. Potius cum Baxtero vertendum duco *amor*, *deliciae, voluptas, desiderium.* Nam μέλημα et μέριμνα, vt Latinorum *cura*, saepenumero ponitur pro eo, cujus curam habemus, quodue cupimus. Sic *cura* apud Virgil. Ecl. I, 58. Tibull. IV, 11. quae loca laudat Degen in ind. Anacr. Hesych. μέλημα· οὔτινος ἄν τις φροντίζοι, ἀγάπημα. Corollae veris nectebantur e rosis. vid. infra odar. LII, 1. στεφανηφόρον ἔαρ et v. 15. ῥόδον εἴαρος ἄνθος.

v. 8. θεοῖσι, hoc est, *Baccho* et *Musis*, quarum corollae nectebantur ex rosis. cf. infra odar. LII, 10. 43.

τερπνὸς, a τέρπειν, *oblectare*, est proprie *hilaris*, *laetus*, v. c. odar. XVIII, 6. deinde *jucundus*, vt odar. XVIII, 3. tertio denique *carus*, *dilectus*, vt h. l. Infra odar. LII, 10. exponitur per χαρίεν. Hesych. τερπνά· ἡδέα.

v. 9. ὁ παῖς Κυθήρης, hoc est, *Cupido*, et propterea *rosa* dicitur Ἔρωτος ἄνθος. Κυθήρη est *Venus*, ita dicta a Cythe-

10. ςέφεται καλοὺς ἰούλους
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
ςεφώμεθ' οὖν· λυρίζων
παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
μετὰ κούρης βαθυκόλπου,

ris, insula, vbi sanctissime colebatur.

v. 10. ἴουλος proprie est *Lanugo*, *das Milchhaar*. Hesych. Ἴουλοι· αἱ πρῶται τῶν τριχῶν ἐκφύσεις. et Gloss. vet. Ἴουλος· ὁ χνοῦς τῶν γενείων. Deinde etiam est *capillus*, vti h. l. commode de mollibus Cupidinis capillis dicitur.

v. 11. Χάριτες, *Gratiae* siue *Charites*, erant Liberi filiae et comites Veneris, a quibus proficisci credebatur, quidquid in natura venustum et pulcrum est; et fuerunt numero tres, scilicet *Aglaïa*, *Thalia* et *Euphrosyne*. Eas vere ineunte choreas ducere, Horatius fingit 1. od. IV, 6. 7. vbi vid. Iani.

συγχορεύειν est *vna saltare*.

v. 12. ςεφώμεθα. Poëta orationem conuertit ad quendam amicum. Sensus est: *Impediamus igitur tempora*.

λυρίζων. Ita recte legi ex Paui coniectura debere, ostendit Zeune *animadv. ad Anacr.* p. 8. λυρίζειν est fidibus canere.

v. 13. σηκὸς proprie est *septum* (ouium); sed quia apud veteres simulacrum Dei, cui templum sacratum erat, in medio collocabatur, quoniamque locus ille paullo erat editior, et vndique circumseptus, inde etiam pro ea parte aedium sumebant, in qua Dei simulacrum collocabatur, vt docet Tanaqu. Faber ad h. l. Tertio denique notat *templum* ipsum, vt h. l. Ergo παρὰ σοῖς σηκοῖς est *propter templum tuum*. Illam triplicem notionem huius vocis etiam Hesychius indicat, qui σηκὸς exponit 1) μάνδρη, h. e. *ouile*, 2) ναὸς, *templum*, et 3) ἐνδότερος τόπος τοῦ ἱεροῦ. vid. Valckenaer. in Animaduers. ad Ammon. lib. II, cap. 19. pag. 153. sqq.

v. 14. βαθύκολπος, a κόλπος, *sinus*, et βαθὺς, *profundus*, est foemina, cui sunt *mammae grandiusculae*, quaeque pro-

ῥοδίνοισι ςεφανίσκοις
πεπυκασμένος, χορεύσω.

pterea profundum finum habet. Nam βαθὺς in compofitis *multum, valde, admodum* denotat. cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll. v. 65. et ad hymn. in Cerer. v. 114. Sed hoc loco idem eft, ac *formofa puella*. Solent enim poëtae partem pulcritudinis ponere, vt totam pulcritudinem indicent. Sic odar. VI, 7. κούρη χλιδανόσφυρος. Verbum βαθύκολπος eft etiam apud Homer. hymn. in Vener. v. 258. Iliad. XVIII, 339. et Orph. hymn. XLIII, 2. LIX, 2.

v. 15. ῥοδίνοισι ςεφανίσκοις πεπυκασμένος idem eft, quod ςεφάνοις ἐστεμμένος, *coronis redimitus*. cf. fupra odar. IV, 15.

v. 16. πυκάζειν proprie eft *denfare*; eft enim πυκνὸς *denfus, fpiffus*.

ODARIVM VI.

Κῶμος *).

ARGVMENTVM.

Hoc odario continetur imago hilaritatis atque laetitiae ad Graecorum mores expressa.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
ῥοδίνους συναρμόσαντες,

ODARIVM VI.

Adsentior Schneidero, qui in annott. theotiscis ad Anacr. pag. 90. hocce carmen censet compositum esse in sacris Bacchanalibus; eandemque sententiam fouet Degenius in annot. editioni graeco-theotiscae adjectis p. 220.

*) In editionibus Stephani et Paui titulus hujus odarii legitur: Εἰς τὸ αὐτὸ, quasi illo laudes contineantur rosarum, de quibus ne verbulum quidem in eo occurrit. Praestat igitur, quae in Barnesii editione est, inscriptio, κῶμος, tamquam argumento carminis propior et conuenientior. Erat autem κῶμος conuiuium nocturnum, plenum impudicis et jocis et cantilenis, in quo etiam saltationes ab honestate remotae fiebant, et vino nimium indulgebatur. Et hoc sensu v. 16. hujus odarii ponitur. Deinde κῶμος etiam 2) dicitur Deus comessationis, qui specie fingebatur iuuenis ebrii cum capite grauato et face. Tertio denique loco κῶμος est *hymnus*, seu *cantilena comessantium*, vt h. l. Hesych. κῶμοι· ἀσελγῆ ᾄσματα. Notionem hujus vocis vberius exposuerunt Lamb. Bos et Alberti ad Rom. XIII, 13. et Schwarzius in *disp. de comessationibus*, Altorfii 1744 ed. itemque Harles. in Anthol. gr. ad Bion. Idyll. I, 97. pag. 121.

v. 1. κροτάφοισι. cf. supra ad odar. V, 4.

v. 2. συναρμόσαντες, *compos.* pro *simpl.* ἁρμόσαντες. cf. quae

μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες·
ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρα
κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας
πλοκάμοις φέρουσα θύρσους

ſupra ad odar. V, 15. notavimus.

v. 3. μεθύομεν idem eſt, quod ſupra odar. V, 5. πίνωμεν. μεθύειν (a μέθυ, *vinum*: vid. ſupra ad odar. IV, 6.) eſt *large bibere*, *ſich ſatt trinken*.

ἁβρὰ, *aduerbialiter* pro ἁβρῶς, vt ſupra odar. V, 5. cf. ad odar. IV, 7. Sed ἁβρὰ γελῶντες, *dulce ridentes*, eſt hoc loco *libere iocantes*.

v. 4. ὑπὸ h. l. *ad*, vti odar. XLII, 16. XXXIX, 21. et cum *accuſ.* ſupra odar. IV, 17. cf. Heſiod. in ſcut. Herc. 281. De hac notione τοῦ ὑπὸ plenius egit Graeuius in lectionib. Heſiod. pag. 95. et Faber ad Luciani Timon. cap. 3. pag. 880. edit. Reitzii.

βαρβίτῳ. Vid. quae ſupra notauimus ad odar. I, 3.

κούρα pro κούρη, quod idem poëtice pro κόρη, *puella*.

v. 5. et 6. κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας πλοκάμοις, eſt tmeſis pro καταβρέμοντας κισσοῖσι πλοκάμοις. vid. ſupra odar. III, 9. 15. 29.

πλόκαμος, a πλέκειν, *nectere*, eſt *nexus*, *plexus*: κισσὸς autem eſt *hedera*; ſed h. l. *ſubſtantiuum* poëtice ponitur pro *adjectiuo*, κίσσινος, *hederaceus*, vt γυνὴ μαζὸς apud Homer. Iliad. XXIV, 58. pro γυναικεῖος μαζός. Sunt ergo κισσοὶ πλόκαμοι, *nexus hederacei*, vel ſimpliciter *hedera*, quatenus *plexa* eſt. Non itaque eſt, quod cum Zeunio animadv. ad Anacr. pag. 9. emendes κισσίνοις· nec quod cum Stephano, Fabro aliisque legatur vna voce κατακίσσοισι· nam κατάκισσος eſt *hedera tectus*, *obductus hedera*; neque vero etiam θύρσοι conuenient cum κατακίσσοισι πλοκάμοις. Namque θύρσος eſt *haſta*, ſiue *virga* vel hedera, vel pampinis circumplicata; baculi, quorum cuſpides tectae ſunt hedera. Tales baculos et Bacchus et Bacchantes, et comeſſantes tum mares, tum foeminae geſtabant. Et Heſych. θύρσος· ῥάβδος, βακτηρία βακχική.

βρέμοντας. βρέμειν eſt *fremere*, *rauſchen*, *ſäuſeln*. θύρσοι

χλιδανόσφυρος χορεύει.
ἁβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος,

autem dicuntur h. l. apte *καταβρέμοντες*, eo quod *hedera*, cujus frondibus thyrsi erant contecti, vel leuissime concussa sonitum edit. cf. Fischer ad h. l. et Schneider l. c. p. 93. Itaque non opus est, vt pro *βρέμοντας* cum Barnesio legatur *βρύοντας*, h. e. *diffluentes, abundantes, onustos*. Nam *βρύειν* est *plenum esse*, et proprie de fontibus dicitur. Sed ea notio ab hoc loco plane aliena est. Iam veteres Graeci in saltationibus comessationum manu tenebant *thyrsos*, h. e. baculos hedera circumplicatos. Quem morem etiamnum ab hodiernis Graecis in saltatione Arnautica obseruari, ostendit Guy *in der litterar. Reise nach Griechenl. 13tem Brief.* Sed quomodo θύρσος et νάρθηξ inter sese differant, infra ad odar. XXXVIII, 5. docebimus.

v. 7. *χλιδανόσφυρος* proprie est *plantas habens delicatas et molles, pedibus praeditus tenellis.* Deinde omnino est *pulcher*, cum pars pulcritudinis pro tota pulcritudine dicatur. Sic *εὔσφυρος* Hesych. interpretatur *καλλίσφυρος· ἀπὸ μέρους, καλή.* *κούρη χλιδανόσφυρος* est ergo *puella venusta, formosa.* *χλιδανὸς* apud Atticos idem est, quod *τρυφερὸς* apud caeteros Graecos. cf. Moeris Atticista in *τρυφερόσφυρος*. Sed poëta hac voce vtitur ob verbum sequens *χορεύει*, ad pedum venustatem indicandam, qui maxime conspiciuntur in saltando. Erat omnino magna pars formositatis virgineae in teneritate pedum, vti ostendit Franc. Iunius *de pictura veterum* lib. III, 5. 35.

χορεύει, choreas ducit. Quod idem de Venere dicit Horat. 1. od. IV, 5.

v. 8. *ἁβροχαίτης*, non tam *cui sunt comae molles*, quam *is, cui sunt comae comtae*; et opponitur crinibus hirtis et nulla lege jacentibus. Deinde etiam est idem ac *formosus, pulcher, honestus.* cf. Schneider l. c. pag. 94. et Fischer ad h. l.

v. 9. Versus vndecimus, vti recte Pauus monet, a librariis transpositus est: debet enim conjungi cum hoc nono, ad hunc ordinem:

στομάτων ἀδὺ πνεόντων
κατὰ πηκτίδων ἀθύρει,
προχέων λιγεῖαν ὀμφάν.
ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας

στομάτων ἀδὺ πνεόντων
προχέων λιγεῖαν ὀμφὰν
κατὰ πηκτίδων ἀθύρει.
Similis locus est infra odar. IX, 3 — 5.

στομάτων ἀδὺ πνεόντων, *ore suaue spirante*, siue *bene olente*, est plur. pro sing. Sed *στομάτων ἀδὺ πνεόντων προχέειν λιγεῖαν ὀμφὰν* est *dulce*, *suaue canere*.

ἀδὺ dorice pro *ἡδὺ*, *dulce*, *suaue*.

v. 10. *κατὰ πηκτίδων*, est plur. pro sing. *πηκτὶς*, siue *μάγαδις*, est organon intentum neruis viginti; et species fuit *τῆς σαμβύκης*. vid. Athenaeus XIV, 9.

ἀθύρειν proprie est *ludere*, *vt solent pueri*, veluti pila et id genus aliis. cf. Aelian. var. hist. XIII, 46. Deinde generatim notat *ludere*, *se oblectare*, vt h. l. *κατὰ πηκτίδος ἀθύρειν*, *digitis magadin pulsare*. Hesych. *ἀθύρει· παίζει.*

v. 11. *λιγύς*, Hesych. *ἡδύς*. *suauis*.

ὀμφὴ proprie est *vox diuinitus emissa*, seu responsum a Deo datum consulentibus. Hesych. *ὀμφή· φήμη θεοῦ.* Sed h. l. est *vox* in genere.

v. 12. *χρυσοχαίτας*, dorice pro *χρυσοχαίτης*, est *is cui sunt comae flauentes*, vt est apud Ouid. Heroid. V, 122. deinde idem est ac *formosus*, *pulcher*. vid. supra ad odar. V, 14. Poëtae enim Cupidini flauam comam tribuebant, quod ea in pulcritudinis parte habebatur. Sic apud Ouid. remed. am. v. 39. *aureus* Amor dicitur, et Moschus I, 12. ei *εὐπλόκαμον κάρηνον* attribuit, quod Harlesius vertit: caput pulcris cincinnis instructum. Talem comam Homerus *ξανθὴν* appellat Iliad. I, 397. Odyss. V, 285. Infra est Odar. XXIX, 5. *ἡλιώσας*. cf. Ouid. Amor. III, 367.

μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου
καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης
τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
κῶμον μέτεισι χαίρων.

v. 13. Λυαῖος est Bacchus, a λύειν ita dictus, eo quod curis liberet.

v. 14. Κυθήρης. vid. supra ad Odar. V, 9.

v. 15. ἐπήρατος, ex ἐπὶ et ἐράω, *amo*, est *gratus*, *iucundus*. Hesych. ἐπήρατον· ἐπέραστον. Pindar. Olymp. V, 98. κλέος ἐπήρατον. cf. Abresch in Obseruatt. miscell. VI, 463.

γεραιοῖς. Contra Lennepium, qui pro γεραιοῖς legendum censet γ' ἐραστοῖς, quod senes putat haud moveri comessationibus et saltationibus, vid. Fischerus, qui ex Odar. XXXVIII, 2. 11. LII, 11—13. et Horat. 2. od. XI, iis esse in primis delectatos ostendit.

v. 16. μετιέναι non est *sequi*, vti Barnesius, neque *aggredi* et *superuenire*, quemadmodum Zeune *animaduerss. ad Anacr.* pag. 11. vertit, sed *obire*. Namque Cupidinem, Venerem et Bacchum comessationibus interesse putatos fuisse, pluribus locis demonstrauit Schwarzius in diss. de comessationibus pag. 19.

κῶμος est h. l. *peruigilium*, siue *comessatio*. vid. quae ad v. 1. notauimus, et Schneiderus l. c. pag. XXXIII.

ODARIVM VII.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Poëta docet, eum, qui amore sit sese capi passus, esse fortem debere et magno animo, vt, quae tamquam comites indiuidui amori adhaerent, anxietates et perturbationes animi queat perferre.

Ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ

ODARIVM VII.

v. 1—3. Ita Brunckius textum restituit, cum antea in libris legeretur:

Ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ
χαλεπῶς Ἔρως βαδίζων
ἐκέλευε συντροχάζειν,

sic vt χαλεπῶς referretur vel ad βαδίζων, et sensus esset: *Cupido aegre incedens iussit me vna secum ire*; vel ad ἐκέλευε, quod h. l. potestatem increpandi haberet, et verteretur, *Cupido increpuit me virga hyacinthina*. Quae quidem posterior ratio quamquam priori commodior videtur, tamen faciliorem planioremque sensum parit Brunckiana emendatio. Tunc enim verborum ordo hic est construendus: Χαλεπῶς Ἔρως βαδίζων με ῥάβδῳ ὑακινθίνῃ ἐκέλευε συντροχάζειν.

ὑακινθίνη ῥάβδος non est *baculus coloris hyacinthini*, siue *purpurei*, vti cum Barnesio Doruillius in obss. miscell. Vol. II, pag. 366. interpretatur; sed *sceptrum hyacinthinum*, seu *scapus hyacinthi*; et inest iocus quidam Cupidinis in ea re. Pari modo de Cupidine Ouidius de Pont. III, 3. 14. dicit: *tenet sceptra acerna*, ad quem locum cf. Heinsius. Flos autem hyacinthi sacer erat Cupidini, cf. Horat. 3. od. X, 14. Et quemadmodum Apollini ῥάβδος δάφνης a poëtis tribuitur, sic Cupidini ῥάβδον ὑακίνθινον Anacreon tribuit. Infra Odar. XLII, 5. occurrunt στεφανίσκοι ὑακίνθων.

χαλεπὸς Ἔρως ῥαπίζων
ἐκέλευε συντροχάζειν.
διὰ δ᾽ ὀξέων μ᾽ ἀναύρων,
ξυλόχων τε καὶ φαράγγων
τροχάοντα τεῖρεν ἱδρώς,

v. 2. χαλεπὸς est *acer*, *saeuus*, *crudelis*. Hesych. χαλεπὸν· δύσεργον, σκληρὸν, δεινόν. cf. Tibull. II, 6. 15. IV, 2. 6. Horat. I. od. XIX, I.

ῥαπίζειν est *virga caedere*. Hesych. ῥαπίζει· σκώπτει, ἀλοᾷ, παίζει, μαστιγεῖ, τύπτει.

v. 3. συντροχάζειν, *simul currere*. Suidas: τροχάζειν· διατρέχειν. vid. infra Odar. XLIV, I.

v. 4. ὀξὺς eleganter h. l. de torrente est *rapidus*, *celer*, *vehemens*. Sic vtuntur Latini fere verbo *acer*. Hesych. ὀξύς· ταχύς. cf. Fischerus ad h. l.

ἄναυρος proprie est *torrens*, siue fluuius, qui ab imbribus et pluuiis in valles ruit. Scholiast. ad Apoll. Rhod. I, 9. ἄναυροι οἱ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ καλοῦνται. Caeterum de notione vocis ἄναυρος copiose disputat Loescherus in *Stromateo* pag. 420 sqq. quem locum Schneiderus excerpsit l. c. pag. 289 sqq. cf. Harles. ad Anthol. gr. poët. pag. 136. et Fischerus ad h. l.

v. 5. ξυλόχων. Subaudi τόπων. ξύλοχος est *arboribus consitus*. τόποι ξύλοχοι sunt itaque *fruticeta*, *syluae*; et quia *fruticeta*, siue *syluae* in montibus sunt, etiam *montes*, vti h. l. quod patet e contrario φαράγγων· nam φάραγξ est *vallis*, neutiquam vero, quod Barnesio placebat et Degenio in ind. Anacr. *praecipitium*. Hesych. ξύλοχος· σύνδενδρος τόπος καὶ ξυλώδης. cf. Homer. *Iliad.* V, 162. et XI, 415.

v. 6. τεῖρεν ἱδρὼς, *molestiam mihi sudor facessiuit*. Ita ex lectione ἱδρὼς, quae in codice Palatino est, recte conjecit Doruillius *obseruatt. miscell.* Vol. II. Tom. III. pag. 364. et ad Charit. pag. 381. cum in libris esset πεῖρεν ὕδρος, *momordit me hydra*. τείρειν est *conficere*, *adfligere*. Hesych. τείρει· καταπονεῖ. Sic etiam de sudore Homerus *Iliad.* V, 796. ἱδρὼς μιν ἔτειρεν, et XXI,

κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
ἀνέβαινε, κἂν ἀπέσβην.
ὁ δ' Ἔρως μέτωπα σείων
ἁπαλοῖς πτεροῖσιν, εἶπε·

51. τεῖρε γὰρ ἱδρὼς φεύγοντ' ἐκ ποταμοῦ. Etiam Brunckius tuetur nostram lectionem. cf. Zeune *animadv. ad Anacr.* pag. 13.

v. 7. κραδίη poët. pro καρδία, h. l. idem est ac ψυχὴ, *anima*, h. e. *vita*. κραδίη ῥινὸς ἄχρις ἀνέβαινε, *anima nares vsque adscendit*, i. e. animus me fere linquebat, scilicet per vehementem ex currendo anhelationem, quae potissimum sese exserit in naribus. cf. Faber in not. ad h. l.

ῥὶν, *nares*, indicat vehementem animi commotionem. Homer. Odyss. XXIV, 317. Inde Theocritus Idyll. I, 18. ῥῖνα facit sedem irae. Etiam Persius *Sat.* V, 91. *ira cadat naso.*

v. 8. ἀνέβαινε κραδίη, *animo linquebar, animus me linquebat.* Idem est, quod alias dicitur λιποψυχεῖν et λειποθυμεῖν.

κἂν *et tantum non*, siue *fere, propemodum, bey einem Haar.* Hesych. κἂν· καὶ δή. *atque adeo.*

κ. ἀπέσβην, *quin mortuus essem.* ἀποσβέννυμι est *exstinguo*; ἀποσβέννυμαι *exstinguor*, hoc est *morior*. Timaeus gloss. Plat. ἀπέσβη· τέθνηκεν.

v. 9. μέτωπον est *frons.*

σείων h. l. idem est, quod ῥιπίζων, ἀναψύχων, *refrigerans, demulcens, fächelnd.* Hanc interpretationem res ipsa postulat, et etiam nunc videmus hoc idem fieri iis, qui animi deliquio tentantur. Atque etiam de moribundo Adonide Bion *Idyll.* I, 85. ὃς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν. Ad quem locum vid. Heskin. Quoniam vero haec significatio a consuetudine aliquantum recedit, Brunckius suspicatur, scriptum olim fuisse σαίνων. Nam σείειν proprie est *mouere, quassare.* Sed Cupido dicitur frontem Anacreontis *alis demulcere*, quo recreetur et animum colligat. Atque ex hoc versu patet, rectius v. 6. legi τεῖρεν ἱδρὼς, quam πεῖρεν ὕδρος. cf. Schneider l. c. pag. 305. sq. et Zeune *animadv. ad Anacr.* pag. 13.

σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλῆσαι.

ODARIVM VIII.

ARGVMENTVM.

Venuſtum poëtae ſomnium ex ebrietate ſomnum capientis.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
ἁλιπορφύροις τάπησι,

---

v. 11. γὰρ eſt particula indignantis. Senſus eſt: *Quem ex ſolo curſu anhelantem fere animus deſtituit, quid tibi fiet, ex amoris ſollicitudinibus laboranti? Deſine itaque amare. Non potes perferre amoris aerumnas.*

ODARIVM VIII.

v. 1. διὰ νυκτὸς, *noctu.* Sic etiam eſt Actor. V, 19. Dicitur etiam διὰ νύκτα, *munere, dono noctis*, v. c. Homer. Iliad. VII, 510. vbi Pſeudodidymus monet, poſitum eſſe pro διὰ νυκτός.

ἐγκαθεύδειν, *indormire.*

v. 2. ἁλιπόρφυρος eſt *purpureus, conchyliatus, infectus flore purpurae*, ſiue *ſucco conchae marinae.* Heſych. ἁλιπόρφυρα· ἁλουργῆ, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ θαλασσίας πορφύρας. Dicitur etiam ἁλουργὴς, quae tria verba ſunt ſynonyma. De ἁλουργὴς vid. Arnald. in *animaduerſſ. in ſcriptores graecos* pag. 234—236. cf. Hemſterhuſ. ad Polluc. pag. 1192. not. 9.

τάπης et τάπις eſt *periſtroma conchyliatum*, ſiue *tapetum conchyliatum, eine Decke oder Matratze aus Wolle, die mit Purpur gefärbt iſt.* Cic. Philipp. II, 27. Plaut. Pſeudol. I, 2. 14. Heſych. τάπησι· ποικίλοις ςρώμασιν. In ejusmodi tapetis homines diuites ſolebant cubare. cf. Ariſtoph. Plut. 542. vbi egeni homines dicuntur φορμὸν ἔχειν ἀντὶ ταπίδων. Sed Anacreontem, qui in aulis degebat principum,

γεγανυμένος Λυαίῳ,
ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν,
μετὰ παρθένων ἀθύρων.
ἐπεκερτόμουν δὲ παῖδες
ἁπαλώτεροι Λυαίου,

Polycratis et Hipparchi, dubium non eſt, commoditatibus atque deliciis vſum fuiſſe diuitum. cf. ſupra Odar. IV, 1. 2. vbi in myrto fuſus et loto vino ſeſe beari dicit cupere.

v. 3. *γεγανυμένος Λυαίῳ* eſt *hilaris Baccho*, ſiue *hilaris factus vino*. Nam Λυαῖος h. l. ſynecdochice ponitur pro *vino*. vid. ſupra ad Odar. VI, 13.

γάνυμαι et *γανύομαι* eſt *laetor, in voluptate ſum animi*, quae oritur ex vino et aliis rebus, quae ſenſus ſuauiter adficiunt. Heſych. *γανύμενος· χαίρων*. et *γάνυται· χαίρει, εὐφραίνεται*.

v. 4. *ἄκροισι ταρσοῖς, ſuſpenſo gradu, ſuſpenſis pedibus, auf den Zehen.* Nam ἄκρος eſt *ſummus*. Et ταρσὸς eſt *planta pedis*.

v. 5. *δρόμον ἐκτανύειν ὠκὺν* eſt *celeriter currere*. Hunc graecismum imitatus eſt Virgilius Aen. XII, 909. *auidos extendere curſus*. De verbo *τανύειν* pro *τείνειν* vide quae ſupra ad Odar. III, 27. notauimus.

v. 6. *ἀθύρειν* h. l. eſt *ſe oblectare*; *μετὰ παρθένων, cum puellis*. De verbo ἀθύρειν ſupra diximus ad Odar. VI, 10.

v. 7. *ἐπεκερτόμουν, dicta in me iaciebant*. ἐπικερτομεῖν, a κέαρ, *cor*, et *τέμνειν, ſecare*, eſt *illudere, deridere, höhnen, verſpotten*. Heſych. *ἐπικερτομῶν· ἐπισκώπτων*.

v. 8. *παῖδες ἁπαλώτεροι Λυαίου* ſunt *pueri longe venuſtiſſimi*. Fingitur enim Bacchus a Graecorum Romanorumque poëtis iuuenis pulcherrimus ac tenerrimus. Euripides in Bacchis 353. vocat eum *θηλύμορφον*, quod fere eſt idem, quod Ouid. Metam. IV, 17. ſqq. *virgineum caput* et *puer formoſiſſimus*.

v. 9. *διαπέθυμα*, ſubaudi ἐπ-

δακέθυμά μοι λέγοντες
διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.
ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι
φύγον ἐξ ὕπνου με πάντες.
μεμονωμένος δ' ὁ τλήμων
πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

ματα. δακέθυμος autem proprie est *animum mordens*, a δάκνω, *mordeo*, et θυμὸς, *animus*. δακέθυμα sunt ergo dicta, quae mordent: cuiusmodi dicta apud Homer. Iliad. I, 539. dicuntur κερτόμια, *quae cor secant*, et Odyss. IX, 185. θυμοδακὴς μῦθος. δακέθυμα λέγειν est *iacere dicta acerba, dictis mordere.*

v. 10. καλαὶ sunt *virgines*, quatenus sunt formosae. cf. Arnald. animaduerss. in script. graec. pag. 9. Vid. quae supra ad Odar. II, 9. 11.

v. 11. ἐθέλοντα, *in animo habentem, eo intentum, vt* etc.

φιλῆσαι, *osculari*. Wahlius in notis ad Anacreontis carmina theotisce ab se versa pag. 244. dicit, poëtam hic de osculis et lusibus simul loqui, atque ad ludum illum respicere, quem χυτρίνδα appellabant, quique etiamnunc apud Graecos in vsu est, vti Guy narrat in *litterar. Reise nach Griechenland Th. 1. Br. 5.* Scilicet pueri et puellae invicem sese osculantes alterius alter aurem prehendit. cf. Meursius in *Graecia ludibunda* pag. 41. sqq. Loca scriptorum veterum de hoc ludi genere sunt Theocrit. Idyll. V, 132—135. Tibull. II, 5. Cic. ad Div. XVI, 17.

v. 12. φύγον, more Ionum, qui solent augmentum abiicere, pro ἔφυγον.

φ. ἐξ ὕπνου με, ac si additum esset ἐγειρόμενον, *e somno excitatum me reliquerunt.*

πάντες non solum ad παρθένους, *puellas*, referri deber, quod Degenio ad h. l. videtur, sed etiam ad παῖδας, *pueros*. Sensus est ergo: *Et puellae, quibuscum ludebam, et pueri delicati, qui mihi inuidia amoris puellarum tacti maledicebant* etc.

v. 13. μεμονωμένος, *solus relictus*. Sic 1 Tim. V, 5. de vidua: ἡ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν. μονόω est *desero, destituo, relinquo.*

ὁ τλήμων, *ego miser*, a τλάω, *perfero, folero.*

ODARIVM IX.

Εἰς περιστεράν *).

ARGVMENTVM.

Venusta sermocinatio columbae ad mandata Anacreontis curanda iter facientis cum quodam in via ipsam de consilio itineris et negotiis gerendis percontante.

Ἐρασμίη πέλεια,

ODARIVM IX. Pauus hoc odarium esse non putat posse ab Anacreonte profectum, tum quia is non hymnos scripserit, quales ei v. 12. tribuantur, tum vero etiam quod summam artogantiam ac vanitatem poëta ostensurus sit, si ipse fingat, sibi pro paruo hymno columbam vendidisse Venerem. Sed voce ὕμνος nonnumquam *carmen* omnino denotari, infra ad v. 12. notabimus. Neque vero vanitatis atque arrogantiae incusandus poëta erit, eo quod sese ipse laudet, cum hoc et aliis poëtis in vsu sit; v. c. Horat. 3. od. XXX. vid. Borheck *Klosterberg. Vorlesungen* pag. 66.

*) Columbae sacrae erant Veneri, quemadmodum aquila Ioui, et pauo Iunoni. cf. Athenaeus. IX, 11.

v. 1. ἐρασμίη, *dulcis, suauis*, est vox blandientis. *O mea columbella.*

πέλεια et πελειὰς proprie est *columba agrestis minor, pulla agrestis*. Id quod etiam illustrari potest ex sequentibus v. 22. sqq. Ea est colore nigro. cf. Perizon. ad Aelian. var. hist. I, 15. et Aristot. hist. anim. V, 13. Deinde etiam πέλεια saepenumero ponitur pro περιστερὰ, h. e. *columba in genere*; v. c. Aelian. var. hist. IX, 2. Hesych. πέλεια· περιστερά.

Veteres vtebantur columbis pro tabellariis. Cum enim cito aliquid ac diligenter domum nuntiari vellent, peregre secum auferebant columbam, quae pullos haberet. Quando autem venissent in locum propositum, solebant colle columbae vel alis aut

πόθεν, πόθεν πέτασαι;
πόθεν μύρων τοσούτων,
ἐπ' ἠέρος θέουσα,
πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;

pedibus epistolas alligare, quae tum ob prolis et pristinae sedis amorem remearet, vnde certior fieret familia, saluos et incolumes eo perveni{s}se, quo fuerant profecti. cf. Aelian. in *var. hist.* IX, 2. et ibi not. Kuhnii, itemque Casaub. ad Athen. XI, 11. extr. Atque hunc morem hodieque apud Tyrios, Tripolitanos et alios illius tractus vigere, monet Wahlius l. c. pag. 249. et Degen *Anmerkungen* pag. 224.

v. 2. πόθεν. Hoc πόθεν ter positum animo mirantis maxime congruere monet Schneiderus in *Anmerk. über den Anacr.* pag. 340. vbi similem locum Aristoph. *Thesmoph.* 775. adfert, etiam laudat Doruillium ad Charit. pag. 200.

πέτασαι, a πέταμαι, *volo.* Brunck. cum Pauo mauult scribi πετᾶσαι a πετάομαι.

v. 3. μύρον, *vnguentum, Salbe,* et plur. μύρα sunt odores vnguentis exhalati, *Salbendüfte.* Proprie μύρον est vnguentum e variis odoribus mixtum; vti simplex vnguentum ἔλαιον dicitur. Vid. Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll. v. 39. Sed deinde de omni vnguenti genere dicitur. Caeterum vnguenta hodieque sunt in populis Asiaticis non modo genus elegantiae, verum etiam symbolum amoris.

τοσούτων Baxterus h. l. dici leporis caussa putat pro τοιούτων. Sed, vt Fischerus recte judicat, planum est, hominem non tam pretium et suavitatem, quam copiam vnguentorum admirari. Id quod vel verbum ψεκάζεις etiam satis docet. Sensus est: *A quo ita delibuta es vnguentis, vt non solum tu iis spires, sed etiam ea destillent.*

v. 4. θέειν ἐπ' ἠέρος, *volare.*

v. 5. πνέειν est *odorem spirare, olere.*

ψεκάζειν, *destillare, rorare, träufeln,* a ψεκὰς, *stilla, stiria.* Hesych. ψεκάς· σταγών.

τίς εἶ; τί σοι μέλει δέ;
Ἀνακρέων μ᾽ ἔπεμψε
πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
κρατοῦντα καὶ τύραννον.
πέπρακέ μ᾽ ἡ Κυθήρη,

v. 6. τίς εἶ. Haec est vera lectio, non εἶς· quod, vti Brunckius monet, pro es in poësi non adhibetur, nisi sequente vocali, ad vitandum hiatum. Caeterum de varietate lectionis in hoc loco vid. Fischerus ad h. l. qui ibi etiam ostendit, triplicem inesse v. 2 — 6. columbae propositam interrogationem, quarum ad quamque eam apte respondere: ad primam v. 7 — 10. ad secundam v. 11. et 12. ad tertiam denique v. 13 — 34.

v. 8. πρὸς παῖδα, *ad amasium*. cf. Odar. X, 10. XVII, 16. XXII. XXIX.

πρὸς Βάθυλλον. Bathyllus fuit adolescens Samius, quem et Polycrates deperibat et Anacreon. cf. Barnesii vita Anacreontis §. 15. Inde poëta eum vocat τὸν ἑταῖρον Odar. XXIX, 1. Est autem nomen Βάθυλλος deminutiuum a Βαθοκλῆς, quemadmodum Ἥρυλλος ab Ἡρακλῆς, Ἀρίστυλλος ab Ἀριστοκλῆς, Θράσυλλος a Θρασοκλῆς. cf. Barnesii not. ad h. l. et Perizonii annott. histor. cap. 3.

v. 9. ἄρτι apud Atticos denotat *nuper, modo*; sed hic et alibi est *nunc, jam*, et hoc sensu soli praesenti iungitur. cf. Scholiast. ad Aristoph. *Nubes* 1148. et Harles in *indice* ad *Anthol. gr. poët.* Hesych. ἄρτι· νῦν.

τῶν ἁπάντων. Polycratis maxime et Anacreontis.

v. 10. κρατοῦντα, *dominum, qui amore sui omnes incendit.* Ita enim Bathyllum poëta appellat propter miram ejus formositatem. κρατεῖν vero est *imperare, vincere.* Sic infra Odar. LVI, 5. Cupido θεῶν δυνάστης vocatur.

τύραννος idem est, quod βασιλεύς. cf. Fulleri miscell. I, 12.

v. 11. πέπρακε, a πιπράσκω, *vendo*.

λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.
ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
διακονῶ τοσαῦτα.
καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
ἐπιστολὰς κομίζω.
καί φησιν εὐθέως με
ἐλευθέρην ποιήσειν·
ἐγὼ δὲ, κὴν ἀφῇ με,
δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.

ἡ Κυθήρη. vid. quae ſupra ad Odar. V, 9. notauimus.

v. 12. ὕμνος proprie eſt *carmen, quo canuntur dei alicujus deaeue laudes*. Sed denotat deinde etiam *carmen omnis generis*, vti h. l. pro *carmine lyrico* ponitur. Sic apud Theocrit. *Idyll.* I, 61. vbi pro carmine de morte Daphnidis vſurpatur: αἴκα μοι τὸ φίλος τὸν ἱφίμερον ὕμνον ἀείδῃς. Porro apud Orpheum *Argonaut.* 573. laudes demortuorum ὕμνοι dicuntur. cf. Scholiaſt. ad Sophoclis *Electr.* 383. et Arnaldi animaduerſ. pag. 6. ſq.

v. 14. διακονῶ, *miniſtro.* vid. quae ſupra ad Odar. IV, 6. attulimus.

τοσαῦτα referri debet ad ea, quae verſibus 7. et 8. dicta ſunt: *tantis in rebus ego miniſtro Anacreonti, illa et tanta ei miniſtro, in tantis rebus opera mea verſatur.*

v. 15. ὁρᾷς, *vide.* Sic Henr. Stephanus repoſuit pro οἵας, *quales.* Quam quidem emendationem ſuperuacaneam Fiſcherus cenſet, quem vide ad h. l.

v. 16. ἐπιστολὰς, *plur.* pro *ſing.* ἐπιστολὴν, vti etiam apud Iuſtin. eſt *epiſtolae* pro *epiſtola.* vid. Berneggeri *index in Iuſtin.*

v. 17. εὐθέως, *breui.*

v. 18. ἐλευθέρην ποιήσειν, *libertati donaturum eſſe.*

v. 19. κὴν pro κἂν, et hoc pro καὶ ἐὰν, *etiamſi.*

v. 20. μένειν παρά τινι, h. l. vt alias παραμένειν, de ſeruis vſurpatur, qui dominum ſuum non deſerunt. *Manere, perſeuerare.* cf. Odar. XXX, 8.

τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
ὄρη τε καὶ κατ᾽ ἀγρούς,
καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον,
ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
πιεῖν δ᾽ ἐμοὶ δίδωσι
τὸν οἶνον, ὃν προπίνει.
πιοῦσα δ᾽ ἂν χορεύω,

v. 21. δεῖ, *opus est.*

v. 22. ὄρη τε καὶ κατ᾽ ἀγρούς, pro κατ᾽ ὄρη τε καὶ ἀγρούς. Nam praepositio non raro adiicitur verbo posteriori, cum tamen etiam ad prius pertineat. Sic infra Odar. XXXIII, 5. ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν. Euripid. in Phoeniss. 290. μέλλων πέμπειν μ᾽ Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρας. Zosim. II, 6. ἤματι μηδ᾽ ἐπὶ νυκτί. cf. van Staueren ad Corn. Nep. XV, 2. 4.

v. 23. καὶ δένδρεσιν. Subaudi ἐν. Nonnulli cum Pauo pro καὶ δένδρεσιν legunt κἀν (hoc est καὶ ἐν) δένδρεσιν, vti Odar. XXXIV, 6. vel καὶ 'ν. Sed solet non raro praepositio ἐν omitti. cf. Hesiod. Ἔργ. 18.

καθίζειν, subintellige ἑμαυτὴν, *activ.* pro *med.* καθίζεσθαι. Sic Odar. XXII, 2. κάθισον, sc. σεαυτόν. cf. Clark. ad Homer. Iliad. II, 191.

v. 24. τι contemtim adhibetur a columba. cf. Fischer ad h. l. et Schneider l. c. pag. 345.

v. 26. ἀφαρπάζειν proprie est *abripere*, h. e. vi alteri auferre, sed h. l. est *capere.*

v. 29. προπίνει, idem est ac πίνει, vti iam supra ad Odar. IV, 3. monuimus. cf. Taylor ad Demosth. orat. P. II. pag. 337. Proprie est προπίνειν, *poculum praebere, poculo prouocare.*

v. 30. ἂν χορεύω, *soleo saltare; possum, si placet, saltare.* Nam particula ἂν juncta

καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
πτεροῖσι συσκιάζω·
κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
35. ἔχεις ἅπαντ'· ἄπελθε.

praesenti indicatiui reddi debet per *soleo*, vti Brunck ad h. l. obseruauit. Vulgaris lectio est χορεύσω, quod Zeune animaduerss. ad Anacr. pag. 19. accipit pro modo potentiali Aoristi, quod ipsa particula ἂν efficiat, hoc sensu: *vbi bibi, possum, si videtur, saltare.* Sed hoc non est necesse. Potest enim, si quis vulgarem lectionem tueatur, accipi futuro pro praesenti, vt solet de re actionem continentem indicante. vid. quae supra ad Odar. III, 9. diximus. cf. Schneider l. c. p. 348. sq. et Graeuius in *lectt. Hesiod.* ad Ἐργ. v. 185. pag. 24.

v. 31. δεσπότην pro Ἀνακρέοντα. Δεσπότης proprie est is, qui suo vnius arbitrio res quasque domi suae gubernat. In primis ii, qui imperio vnius cujusdam dei sese commiserunt, hunc deum suum vocabant δεσπότην. cf. Ioseph. Antiqu. Iud. V, 1. 13.

ἐμοῖσι. Ita bene ex coniectura Henr. Stephani, cum in libris esset vitiose: Ἀνακρέοντα. Minus audiendus est Arnaldus, qui *animadv. ad Scriptt. gr.* pag. 8. emendat: καὶ αὐτὸν Ἀνακρέοντα.

v. 32. συσκιάζω, *obumbro.* Ita habet cod. Vatic. Quod sane doctius. In reliquis libris est συγκαλύπτω.

v. 33. κοιμωμένη, *cubans.* Hoc verbum differt a καθεύδειν, quod ex sequente versu patet.

v. 34. τῷ βαρβίτῳ. vid. supra ad Odar. I, 3.

v. 35. ἔχεις ἅπαντα, *nosti omnia, rem ipsam; noli mihi amplius esse molestus.* cf. Dorvill. *Vann. crit.* pag. 64.

ἄπελθε, *abi.* Quo verbo etiam Latini ita vtuntur, v. c. Terent. Adel. II, 2. 12. *Abi*, nescis inescare homines, et IV, 2. 25. *abi*, virum te judico, it. Phorm. I, 29. *abi sis* etc. Inepte Pavus corrigit: ἀπέλθω.

λαλιστέραν μ᾽ ἔθηκας,
ἄνθρωπε, καὶ κορώνης.

ODARIVM X.

Εἰς Ἔρωτα κήρινον.

ARGVMENTVM.

Poëta Cupidinem cereum emit ab adolescente dorico.

v. 36. λαλιστέραν, *loquaciorem*. λάλος etiam de hirundine infra Odar. XII, 2. dicitur. Sic Ouid. Amor. III, 5. 22. et Metam. II, 247. *cornix garrula* est, et Trist. II, 89. *cornix loquax*.

ἔθηκας ponitur h. l. pro ἐποίησας, vti hebr. שׂוּם pro עָשָׂה. Sic Theocrit. Idyll. XXIV, 107. ἀοιδὸν ἔθηκε κ. τ. λ. *cantorem eum fecit*. it. Aelian. var. hist. XIII, 6. init.

v. 37. καὶ, *vel* cornice. Elegantior lectio vulgari τῆς. κορώνης. Veteres *cornicem* tempestatis nuntiam putabant, et cantu suo mala portendere. cf. Virgil. Eclog. I, 18.

Saepe sinistra cava praedixit
ab ilice cornix.

et Eclog. IX, 15.

Ante sinistra cava monuisset
ab ilice cornix.

Inde a Graecis dicitur λακέρυζα, Hesiod. Ἔργ. 745. et lat. *garrula*. Caeterum de hoc odario et artificio illius legatur Rammlerus in *Einleitung in die schönen Wissenschaften, Th. 2. pag.* 41. Herderus *über die neuere deutsche Litteratur, 1. Sammlung* pag. 343.

ODARIVM X.

Pauus Anacreonti hoc odarium derogat, eo quod male cohaereant versus 11. et 15. Putat enim παντορέκτα v. 11. non posse conciliari cum πώρωσον v. 15. qua de caussa illud παντορέκτα mutat in παντοφλέκτα. Sed cum παντορέκτα fere idem denotet, quod παντοφλέκτα ex mente Paui innuit, sane non erit, quod

Ἔρωτα κήρινόν τις
νεηνίης ἐπώλει·
ἐγὼ δέ οἱ παραςὰς,
πόσου θέλεις, ἔφην, σοὶ
τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
ὁ δ' εἶπε δωριάζων·

de his verſibus male cohaerentibus queramur.

v. 1. Ἔρωτα κήρινον, *ſignum Cupidinis cereum*, vti patet ex verſu 5. et 18. Nam erant Athenis fictores cerarii, qui ſigilla deorum ex cera conficta maxime in gratiam pauperum venderent. Erant enim valde pretioſa et rara ſigna deorum aenea. vid. Schneider l. c. pag. 71. ſq.

v. 2. ἐπώλει, h. e. *vendere volebat*, *venale habebat*. Nam verba ſaepenumero tantum conatum denotant.

v. 3. οἱ pro αὐτῷ.

παραςὰς, *derepente ſuperueniens*, vt vertit Barneſius.

v. 4. πόσου pro ἀντὶ πόσου τιμήματος. vid. Lamb. Bos *Ellipſ. gr.* ſub τίμημα.

σοὶ, pro παρά σου, ad τὸ τευχθὲν referri debet, non ad ἐκπρίωμαι, vti Faber et Brunck cenſent. Nam Anacreon putauit, iuuenem illum eſſe cerarium, qui ipſe finxiſſet ſignum Cupidinis. σοὶ τὸ τευχθὲν ergo eſt *ſignum a te factum*. Senſus eſt: *Quanti mihi vendere vis hoc ſignum, quod eſſe puto abs te factum*. cf. Fiſcher ad h. l. et Zeune *animaduerſſ. ad Anacr.* pag. 21. it. Schneider l. c. pag. 72. qui etiam locum adfert ex Ariſtoph. *Irene* v. 1260.

v. 5. τὸ τευχθὲν, i. q. τὸ τυχθέν.

ἐκπρίωμαι. *Compoſ.* pro *ſimpl.* πρίωμαι. Sic infra v. 8. ἐκμανθάνειν pro μανθάνειν.

v. 6. δωριάζων, *dorice loquens*, *lingua dorica vtens*. Sic βοιωτιάζειν, *boeotice loqui*. Nam verba, quae deſinunt in άζω, vel *frequentatiua* ſunt, vt τροχάζω, *curſito*; vel *imitatiua*, velut δωριάζω, *loquor ad morem Dorum*, κράζω, *corvi inſtar clamo* κρὰ, κρά.

λάβ' αὐτὸν ὁππόσου λῇς.
ὅμως, ἵν' ἐκμάθῃς νιν,
οὐκ εἰμὶ καροτέχνας·
ἀλλ' οὔ τι λῶ συνοικεῖν
Ἔρωτι παντορέκτα.
δὸς οὖν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
δραχμῆς, καλὸν σύνευνον.

v. 7. *λάβ' αὐτὸν*, *cape illum.* *λαμβάνειν* verbum proprium esse de iis, qui aliquid emunt, Fischerus ad h. l. docet, qui laudat locum Theophr. *charact.* XVIII, 3.

ὁππόσου. cf. supra ad v. 4. Pauus dorice mutat *ὁππόσω.*

λῇς a dorico verbo *λάω* et *λῶ*, i. q. *θέλω*, *βόλομαι*, vnde etiam *λᾶνται* pro *βούλνται*, *λῆμα* et *λῆσις* pro *βούλημα* et *βούλησις.* vid. Koen. ad Gregor. pag. 115. it. Schneider l. c. pag. XXVI. et Harles. ind. ad Anthol. gr. poët. etiam Scholiast. Thucyd. I, 12. et Scholiast. Callim. ad *hymn. in Dian.* v. 19. Phauorinus: *λῇς, ἀντὶ τοῦ ἐθέλεις, λέγουσι Δωριεῖς.*

v. 8. *ἐκμάθῃς*, *composit.* pro *simpl.* vid. supra ad v. 5. *at scito; at vt ne te celem quidquam.*

νιν, *cum.*

v. 9. *καροτέχνας.* Ita Barnesius pro *κηροτέχνης*, quoniam iuuenis dorice locutus sit. Sed *κηροτέχνης*, quod abest in Thesauro Stephani, idem est ac *κηροπλάστης*, *cerarius*, qui signa fingit formatque e ceta.

v. 10. *συνοικεῖν*, hoc est *συγκαθεύδειν*, *vna dormire.* Quod patet ex v. 13. *σύνευνον.*

v. 11. *παντορέκτης* est *ad omnia procliuis*, *qui animos hominum inflammat amore Veneris.* Venit enim ab *ὀρέγομαι*, *appeto, cupio.* Pauus corrigit *παντοφιλήκτᾳ*· contra quem vid. Trillerus *obseruatt. crit.* pag. 6. sq.

v. 13. *δραχμῆς*, *pro vna drachma*, est genit. pretii. *Δραχμὴ* est pars minae centesima. Sed mina efficiebat partem sexagesimam talenti Attici, fere ad tres Ludouicos aureos. *Δραχμὴ* continebat sex obolos; ergo ad nostram rationem quatuor

Ἔρως, σὺ δ' εὐθέως με
πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ
κατὰ φλογὸς τακήσῃ.

ODARIVM XI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Senem, quo propius a morte absit, eo magis frui vita debere.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες·
Ἀνακρέων, γέρων εἶ,

fere grossos. cf. Plin. hist. nat. XXI, 43.

σύνευνον, concubinum. Nam σύνευνος est, qui vno eodemque cubili vtitur, *amicus, amasius* sensu inhonesto.

v. 15. *πύρωσόν με, incende me; fac, vt calescam amore; fac, vt amem.*

v. 16. κατὰ h. l. est *in.*

φλὸξ, *flamma.*

τήκω, *liquefacio.* Dedicatis iam imaginibus deorum animas adesse, veteres credebant.

ODARIVM XI.

v. 1. γυναῖκες, *foeminae, mulieres,* siue virgines sint, siue nuptae. cf. supra Odar. II, 8.

v. 2. γέρων, *senex.*

v. 3. ἔσοπτρον, *speculum.* Paullo rarior vox. Est in N. T. 1 Cor. XIII, 12. Iac. I, 23. Legitur etiam Odar. XX, 5. Attici vti solent vocabulo κάτοπτρον et ἔνοπτρον. cf. Spanhem. ad Callim. pag. 543. et Schneider l. c. pag. 78. sq. Specula veterum erant laminae argenteae, aureae, aeneae.

λαβὼν ἔσοπτρον, ἄθρει
κόμας μὲν οὐκ ἔτ' οὔσας,
ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,
οὐκ οἶδα· τοῦτο δ' οἶδα,
ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον

λάβε ἔσοπτρον, *consule speculum.*

ἄθρει κόμας, *contemplare comas.* Nam ἀθρεῖν est *contemplari.* Hesych. ἄθρει· βλέπε, ὅρα, νόει, ἴδε.

v. 4. οὔσας, particip. pro infinit. εἶναι. cf. Trendelenburg *Anfangsgr. der griech. Sprache*, pag. 196.

v. 5. ψιλὸν, *caluum.* Hesych. ψιλόν· ἄτριχον. Turpe habebatur caluum caput apud veteres, vti docet Iunius *de pictura veterum* lib. III. cap. 9. §. 6. Sensus est: *intuere caput in speculo, caluum est.*

v. 6. τὰς κόμας proprie pertinet ad εἰσὶν, sed refertur ad οἶδα v. 7. Ordo verborum est: Ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, εἴτ' εἰσὶν αἱ κόμαι, εἴτ' ἀπῆλθον. Ac de hac constructione vid. Lud. Küsterus *ad Aristoph. Plut.* 35. et Taylor in *indice Attico ad Lysiae orationes.* Id quod notandum est contra Barnesium, qui τὰς κόμας pro accusatiuo absoluto accepit, ita vt sensus esset: *quod attinet ad comas.* Caeterum hic locus comparari potest cum Horat. 1. odar. XXVI, 3.

v. 7. ἀπῆλθον, *an comae abierint.* ἀπέρχεσθαι est *fugere*, et dicitur de genis plenioribus, de forma venustiori et similibus: *genae fugiunt, forma fugit.*

v. 8. οὐκ οἶδα, *non curo*, tamquam ad bene beateque viuendum inutilia.

τοῦτο δ' οἶδα. *hoc scio, quia curo.*

v. 9. μᾶλλον. Subaudi ante h. v. τοσούτῳ· opponitur enim ὅσῳ v. 11. cf. Lamb. Bos ellipf. gr. Etiam Latini dicunt, *quo, quanto*, pro *quo magis, quanto magis.* Cf. Fischerus ad h. l.

10. πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν,
ὅσῳ πέλας τὰ Μοίρης.

v. 10. τὸ τερπνά. Ita corrigit Barnesius, quod etiam Brunck rectius reposuit, cum vulgaris lectio esset τὰ τερπνά. Sed τερπνὰ παίζειν est *compotare* et *ludere*, siue *amori ludum dare*. cf. Horat. 3. od. XII, 1. Id quod planum est ex Odar. XIII, 9. Zenne *animadv. ad Anacr.* pag. 23. sq. τερπνὰ aduerbialiter accipit pro τερπνῶς, vti infra Odar. LII, 24. ἄτακτα παίζειν, h. e. ἀτάκτως, ludendo leges naturae et modestiae violare, et ex lasciuia vim castis puellis inferre.

v. 11. τὰ Μοίρης pro Μοῖρα, *mors*, *fatum*. Nam Graeci solent neutr. artic. plur. cum genitiuo juncto vti pro nominatiuo. Sic Demosth. *orat. pro corona* cap. 8. τὰ τῆς εἰρήνης pro εἰρήνη. Aelian. var. hist. XII, 1. τὰ τῆς ὥρας, h. e. *pulcritudo*. Thucyd. II, 60. τὰ τῆς ὀργῆς, h. e. *ira*. Ita etiam infra Odar. XV, 1. τὰ Γύγου, h. e. *Gyges*. Sensus est: *Bene noui, quo propius mors immineat, eo magis conuenire seni, vitae suauitate frui, metumque mortis vitae commodis lenire.* cf. Cic. de senect. 13. sqq.

Caeterum de natiua simplicitate et pulcritudine huius odarii vid. Schneider l. c. pag. 77. sqq. et XXVII.

ODARIVM XII.

Εἰς χελιδόνα.

ARGVMENTVM.

Poëta accusat hirundinem, eo quod ex dulcibus somniis amatoriis ab ea excitetur.

Τί σοι θέλεις ποιήσω,
τί, κωτίλη χελιδών;
τὰ ταρσά σευ τὰ κοῦφα

ODARIVM XII.

v. 1. ποιήσω, subaudi ἵνα. τί θέλεις ἵνα ποιήσω σοι; *quid tibi vis vt faciam?* Eadem verba sunt Luc. XVIII, 41.

v. 2. κωτίλη. Elegantior scriptura, et sine dubio vera, ex Proclo, Scholiasta Hesiodi ad Ἔργ. 373. pag. 86. edit. Heinsii, qui dicit: καὶ γὰρ τὴν χελιδόνα κωτίλλειν λέγει, ὡς ἔτι παρὰ Ἀνακρέοντι κωτίλη χελιδών. cf. Fischer ad h. l. it. Thom. Creech ad Lucret. III, 6. et Valckenaer ad Theocrit. Adoniaz. pag. 379. et Brunck ad h. l. Codex Vatic. habet λάλευ et reliqui libri λάλη. Sed 1) vetustiores Graeci dicunt λάλος in genere foeminino etiam, non λάλη. 2) Dulcior item sonus κωτίλη, quam λάλη. 3) Κωτίλη est verbum exquisitum; vnde facile potuit fieri, vt a librariis verbum notius substitueretur. 4) Denique veteres grammatici et glossographi vocabulum κωτίλη explicant per λάλη, non contra λάλη per κωτίλη. Inde manifestum est, scripturam λάλη esse glossema. cf. Degen ad h. l.

v. 3. ταρσὰ et ταρσοὶ proprie *crates*, in quibus casei siccantur. Hesych. ταῤῥοί· τὰ ἀγγεῖα τῶν τυρῶν. et: ταῤῥός· πλέγμα καλάμινον, ἀφ' οὗ τοὺς τυροὺς ξηραίνουσι. Deinde ταρσοὶ et ταῤῥοὶ propter similitudinem *alae* dicuntur *auium*, vt h. l. Sed haec significatio est rarior. Phauorinus: ταρσός· ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ πτέρυγος ὀρνέων ἡ λέξις αὕτη κεῖται.

θέλεις λαβὼν ψαλίξω;
ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
τί μευ καλῶν ὀνείρων
ὑπορθρίαισι φωναῖς

κοῦφος leuis, non ponderosus. τὰ ταρσὰ τὰ κοῦφα h. l. sunt *alae veloces, rapidae, celeres.*

v. 4. ψαλίξω. Subaudi ἵνα, quemadmodum v. 1. ψαλίζειν proprie est *forfice abscindere, desecare*: ψαλὶς enim est *forfex*. Deinde simpliciter denotat abscindere, vti h. l. Nam verba formae saepenumero ponuntur pro verbis generis. Sic v. 7. ἐκθερίζειν.

λαβὼν, *continuo, statim, illico.* Nam Graeci vtuntur participiis φέρων, ἰὼν et λαβὼν ad indicandum vehementiorem appetitum, et tum adverbialiter verti debent.

v. 6. ὁ Τηρεὺς, *Tereus*, rex Thraciae, vitiauit Philomelam, vxoris sororem, eique, ne posset istud flagitium prodere, linguam eripuit; sed Philomela deinde mutata est in hirundinem. cf. Pausan. lib. 1. cap. 41. extr. Ouid. *Metam.* VI, 556 sqq. Philomela autem, siue, vti ab aliis vocatur, Procne, filia fuit Pandionis, Atheniensium regis. Inde apud Hesiod. Ἔργ. 568. dicitur χελιδὼν Πανδίονος, hoc est, παῖς Πανδίονος. cf. infra Odar. XX, 3.

v. 7. ἐκεῖνος, *iste*, δεικτικῶς, et in contemtum.

ἐκθερίξω. Subaudi ἵνα, vti v. 1. et 4. ἐκθερίζειν, a θέρος, *messis*, proprie est *demetere*: deinde in genere notat *auferre, eripere, abscindere*, vt h. l. vid. supra ad v. 4. De hoc verbo copiose exponit Stoeber ad Thom. Mag. pag. 449.

v. 8. καλῶν ὀνείρων referri debet ad ἀφήρπασας v. 10. Sed καλοὶ ὄνειροι sunt *dulcia somnia.*

v. 9. ὑπόρθριος, ex ὑπὸ, *sub*, et ὄρθρος, *diluculum*, est *tempus antelucanum.* Deest haec vox in Stephani thesauro. Thom. Mag. ἔστι δὲ ὄρθρος, ὁ πρὸ τοῦ λυκαυγοῦς καιρὸς, ἐν ᾧ

ἀφήρπασας Βάθυλλον.

ODARIVM XIII.

Εἰς ἑαυτόν *).

ARGVMENTVM.

Poëta potu sese ac saltatione maxime delectari profitetur.

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν

ὅτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. Inde apud Hesiodum hirundo dicitur ὀρθρογόη χελιδών. cf. Theocrit. XIV, 39. Aelian. var. hist. XII, 20.

v. 10. Βάθυλλον. vid. quae supra ad Odar. IX, 8. notavimus. cf. Palairet *obss. in N. T.* pag. 181.

Caeterum de hoc odario conferatur Alciphron *lib.* III, *ep.* 10. itemque Ramleri imitatio in *lyrischer Blumenlese*, pag. 4.

ODARIVM XIII.

*) Εἰς ἑαυτόν. In codice Vaticano inscriptum est: Εἰς Ἄττιν. Male. Nam argumentum odarii docet, Anacreontem loqui. Zeune l. c. pag. 25. mauult inscribi: Εἰς μανίαν.

v. 1. οἱ μὲν — οἱ δὲ — *alii — alii —*.

καλὴν, *amicam*. Amator vocatur καλὸς, *amicus*. vid. supra ad Odar. VIII, 10.

Κυβήβη, alias Κυβέλη, *Cybele*, a Cybela, monte in Phrygia, Dea Phrygia, magna deorum mater, Terra. cf. Berkel ad *Stephan. Byzantin.* sub hac voce.

v. 2. Ἄττιν. Attis erat iuvenis Phrygius formosissimus, qui propter amorem Cybeles, cuius sacerdos fuit, furore percitus montibus inerrauit. cf. Ouid. *Metam.* X, 86. sqq. et *Fastor.* IV, 223.

ἡμίθηλυν. θῆλυς est *foemi-*

ἐν οὔρεσιν βοῶντα
λέγουσιν ἐκμανῆναι·
οἱ δὲ Κλάρου παρ᾽ ὄχθαις
δαφνηφόροιο Φοίβου

nens: ἡμίθηλυς, *femimas, feminir,* siue *euiratus.* cf. Heinſ. ad Ouid. Heroid. IV, 48. Sic Attis bene dicitur. vid. Arnob. *contra gent. lib.* VIII. cf. Euſeb. *praepar. Euang. lib.* II. *cap.* 4. et Obſeruatt. miſcell. Vol. X. pag. 420.

v. 3. βοῶντα. βοᾷν eſt *clamare, clamore requirere.* Richard. Bentleius in epiſtola ad Franciſcum Gacon, interpretem Franco-gallicum Anacreontis, legendum putat βοῶσαν, ita vt ſenſus ſit: *Sunt, qui dicant, formoſam Cybeben inſaniiſſe, inclamantem in montibus pulcherrimum Attin.* Putat enim Cybelen, propterea quod ſpreta eſſet ab Attide, quem deperiret, ira percitam inſaniiſſe. Verum non Cybelen, ſed Attidem captum furore fuiſſe, omnes veterum confirmant, ſi ab Salluſtio et Iuliano Apoſtata in orat. V. diſceſſeris. Deinde etiam articulus Attidis nomini adiectus planum facit, Ἄττιν eſſe ſubiectum orationis.

v. 4. ἐκμανῆναι, *compoſ.* pro *ſimpl.* μανῆναι.

v. 5. Κλάρος proprie fuit oppidum Colophoniorum in Ionia, iuxta quod lacus erat et fons ſacer Apollini, cuius potu edebantur oracula. Inde Apollo dicitur *Clarius.*] cf. Spanheim. ad Callim. pag. 89. it. Scholiaſt. Apollonii ad I, 308. et Macrob. Saturn. I, 18. De fonte Clario vid. Tacit. *annal.* II, 54. Virgil. *Aen.* III, 360.

ὄχθη, *ripa*, tantum de fluminibus dicitur. Heſych. ὄχθη· χεῖλος ποταμοῦ. Sed h. l. de *fonte*, et ponitur pleonaſtice ad euitandam ambiguitatem: Κλάρου παρ᾽ ὄχθαις pro παρὰ Κλάρῳ, *propter Clarum.* cf. Salmaſ. diſſertt. Solin. peg. 604. col. 2.

v. 6. δαφνηφόρος, *lauream gerens*, etiam δάφνιος, frequens Apollinis epitheton. Nam δάφνη eſt *laurus*, quae ſacra erat Apollini. Apud Poetas et in numiſmatibus Apollo fingitur corona laurea cinctus. cf. Spanheim ad Callim. hymn. in Apoll. 1. vid. ſupra ad Odar. VII, 1.

λάλον πιόντες ὕδωρ
μεμηνότες βοῶσιν.
ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου
καὶ τοῦ μύρου κορεσθεὶς
καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,
θέλω, θέλω μανῆναι.

v. 7. λάλον πιόντες ὕδωρ pro πιόντες λάλου ὕδατος. Neque enim omnem aquam bibebant, ſed tantummodo partem. Sed ὕδωρ vocatur λάλον, quia credebatur tribuere facultatem vaticinandi iis, qui eam bibiſſent.

v. 8. μεμηνότες. vid. quae mox ad v. 12. notabimus.

v. 9. Λυαίου. vid. ſupra ad Odar. VI, 13. et VIII, 3.

v. 10. μύρου. Veteres in conuiuiis caput vnguentis ſolebant delibuere. cf. Pſalm. XXIII, 5. De hac voce ſupra ad Odar. IV, 14. expoſuimus.

κορεσθεὶς idem eſt, quod ſupra Odar. VIII, 3. γεγανυμένος.

v. 11. καὶ Pauus mutat in μετά. Quod ſane probari poteſt.

ἑταίρη, *amica*.

v. 12. μανῆναι, *furere*, h. I. nihil aliud eſt, niſi *ebrium ſaltare*, vti vberius diſputat Zeune *animadv. ad Anacr.* pag. 26. ſqq. Wahlius, qui hanc ſententiam amplectitur, verbo μανῆναι apud Anacreontem cenſet potiſſimum reſpici ad ſaltationem Ionicam, quae, vt Athenaeus lib. IV. refert, ſaltabatur ab iis, qui laeti vino eſſent. cf. *Lieder der Liebe von Sappho und Anacreon, aus dem Griechiſchen durch Sam. Friedr. Günther Wahl* (Erfurt 1783. 8.) pag. 258.

ODARIVM XIV.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Poëta suo exemplo ostendit, non esse effugienda tela Cupidinis.

Θέλω, θέλω φιλῆσαι.
ἔπειθ᾽ Ἔρως φιλεῖν με·
ἐγὼ δ᾽ ἔχων νόημα
ἄβουλον, οὐκ ἐπείσθην.
ὁ δ᾽ εὐθὺ τόξον ἄρας
καὶ χρυσέην φαρέτρην,

ODARIVM XIV.

v. 1. φιλεῖν de externo et ἀγαπᾷν de interno amore potissimum vsurpatur. vid. supra ad Odar. VIII, 11.

v. 2. πείθειν τινὰ, *aliquem sibi conciliare, auctorem fieri alicui*, vt hoc loco. Deinde notat etiam *placare*, v. c. Homer. Iliad. I, 100. X, 112. cf. Actor. XII, 20.

v. 3. νόημα, est *mens, consilium*, a νοεῖν. ἄβουλος autem idem est, quod ἄφρων, *amens*. νόημα ἄβουλον ergo est *mens expers consilii, quae morem non gerit*. ἔχων νόημα ἄβουλον, *stultus ego et amens*.

v. 4. ἐπείσθην. πείθεσθαι est 1) *sinere sibi aliquid persuaderi*, hoc est, *credere, verum putare*. 2) *sinere moueri*, id est, *obtemperare*, vt h. l. cf. Xenoph. Cyropaed. I, 6. 6.

v. 5. ἄρας et ad τόξον refertur, vt sensus sit: *arcum arripuit*; et ad φαρέτρην, et tum verti debet: *pharetram humeris suspendit Cupido*. Sic etiam de tabula Pausiae narrat Pausanias lib. II, cap. 27, in qua artifex Cupidinem finxisset arcum et pharetram deponentem et lyram prehendentem. vid. Fischer. ad h. l.

v. 6. χρυσέην, *pulcram*. Ita etiam Latini vtuntur voce *aureus*.

μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
θώρηχ', ὅπως Ἀχιλλεύς,
καὶ δοῦρα, καὶ βοείην,
ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον.

v. 7. μάχῃ με προὐκαλεῖτο, *me lacessiuit ad pugnam, ad certamen prouocauit*. Alias construitur cum πρὸς et εἰς! προκαλέομαι, *ad pugnam prouoco*. Infra Odar. XXVIII, 25. est *inuitare*.

v. 8. λαβὼν θώρηκα, *circumdans loricam humeris*, vti Virgil. Aen. XII, 88.

v. 9. θώραξ proprie est *pectus*, deinde munimentum pectoris, id est *lorica*, vt h. l. Homerus et alii vtuntur verbo χιτών· quam *lorica* loco tunicae est. Hesych. θώραξ· ὅπλον, πύργος, χιτὼν, λωρίκιον.

ὅπως Ἀχιλλεύς. Sensus est; *videbar mihi tum esse ipse Achilles*, hoc est, is, qui non posset vllo modo vinci et superari. cf. Schneider l. c. pag. 148. sq.

v. 10. δοῦρα, ad formam ionicam per apocopen pro δόρατα. Et pluralis hoc loco ponitur pro singulari: quod saepius fit; v. c. infra odar. XV, 8. κάρηνα pro κάρηνον. Homer. Odyss. III, 17. τόξα pro τόξον, v. 477. ἅρματα pro ἅρμα. cf. v. 480. Iliad. II, 321. πέλωρα pro πέλωρ portentum. Euripid. Phoeniss. 29. et 44. δόρυ proprie est *lignum*, deinde *hasta*, denique cuiusuis generis *arma*, ipsumque *bellum* notat. cf. Homer. Odyss. IV, 211.

βοείην. Subaudi δορὰν, quemadmodum et v. 18. eo quod crates ferrea corio bubulo inducta erat. Nam βοείη proprie est *pellis bubula*, siue *taurina*. Homer. Iliad. XVII, 389. XVIII, 382. Nonnumquam apud Homerum additur ἀσπίς· v. c. Iliad. V, 452. et XV, 360.

v. 11. ἐμαρνάμην. μάρναμαι, *pugno*, est verbum poëticum. Homerus pro eo vti fere solet verbo μάχεσθαι.

v. 12. ἐγὼ δ' ἔφευγον, *memet recepi, pedem retuli*, et quidem *pectore aduerso*. Id

ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' ὀϊςούς,
ἤσχαλλεν· εἶθ' ἑαυτὸν
ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον·
μέσος δὲ καρδίης μευ
ἔδυνε, καί μ' ἔλυσε.
μάτην δ' ἔχω βοείην.
τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,

quod planum est ex v. 16. *μέσος δὲ καρδίης μευ ἔδυνε*. Male itaque Stephanus reddit: *vertebam terga*.

v. 13. *ὀϊςός*, *sagitta*, *missile*; apud Homerum saepius.

v. 14. *ἀσχάλλειν*, *dolere*. Hesych. *ἤσχαλλον· ἐλυποῦντο*. Sed h. l. est *vehementer commoueri*; quod contextus monstrat.

v. 15. *εἰς βέλεμνον*, *pro sagitta*, *loco sagittae*, *instar sagittae*. Nam *εἰς* h. l. est *pro*, *loco*, *velut*. cf. Doruille ad Charit. pag. 401. Silius Italicus XII, 424. hunc locum imitatus est: vid. Barth. Adverſ. XXII, 14. qui hunc versum Anacreontis excitat. Sed *βέλεμνον* idem est, quod *βέλος*, *sagitta*. Hesych. *βέλεμνα· βέλη*.

v. 16. *μέσος καρδίης* pro *μέσην καρδίην*, vt supra Odat. III, 28. *μέσον ἧπαρ*, vbi vid. quae notauimus. *μέσος*, vt saepius, hoc loco *in* significat. Similiter Ioh. I, 26. *μέσος ὑμῶν ἕστηκεν*, hoc est *inter vos*. Id quod etiam patet ex sequente v. 20. vbi *μάχης ἔσω μ' ἐχούσης* opponitur, id est, *cum hostis in corde meo sit*. cf. Fischer ad h. l. et Schneider l. c. pag. 150.

v. 17. *ἔδυνε*. Hesych. *εἰςῆλθε*. *δύνειν* significat *subire*, *ingredi*, *penetrare*. Ordo verborum est: *ἔδυνε μέσος καρδίης μευ*, *penetrauit in cor ita*, *vt in medio esset*, hoc est, *penetrauit in medium cor*.

ἔλυσε, *vicit me*; *fecit*, *vt omnibus viribus exhaustis succumberem*, vti Fischerus exponit. Nam *λύειν* est *vincere*, *prosternere*.

v. 18. *μάτην ἔχω*, *frustra teneo*.

v. 19. *βαλώμεθ'*. Pauus legit *λαβώμεθ'*; *quid sumamus nobis extra?* Sed quamquam negari non potest, aoristos ver-

20. μάχης ἔσω μ᾽ ἐχούσης;

borum horum ſaepius permutari; tamen nullo modo poteſt probari, λαμβάνεσθαι idem eſſe, quod *ſibi ſumere*. Schottus *obſeruatt. hum.* lib. III. τί βαλώμεθα vertit: *quo ferimur*, quem eundem ſenſum etiam Faber expreſſit: *quid tela mittamus extra?* Etiam Brunck, qui βάλωμεν habet hoc ſenſu. Neutiquam vero euinci poterit, βάλλεσθαι denotare *tela mittere*. Recte Canterus *nov. var. lection. lib. V. cap. 7.* reddit: *quid muniamur?* ſiue, *quid nos muniamus clypeo?* Nam βάλλεσθαι hic eſt pro περιβάλλεσθαι, vti ſaepius ſimplicia pro compoſitis: totum enim corpus clypeus tegebat. Sic etiam περιβάλλεσθαι de clypeo occurrit apud Homer. Odyſſ. XXII, 148. vbi proci ſcutis et galeis armari dicuntur περιβαλλόμενοι τεύχεα. cf. Fiſcher ad h. l. et Zeune *anim. ad Anacr.* pag. 29.

v. 20. μάχης ἔσω μ᾽ ἐχούσης. με pertinet ad ἐχούσης, non ad ἔσω, vt Pauus falſo putat. Amant enim Graeci conſtructionem reciprocam.

ἔχειν, *tenere*, hoc loco eſt pro κατέχειν, *vexare*. Sic Homer. Odyſſ. XIV, 215. δύη ἔχει με, *aerumna me vexat.* Senſus eſt: *Non eſt, quod armis me muniam externis aduerſus hoſtem externum, cum pugna ſit intus, intus me hoſtis premat et vrgeat.*

ODARIVM XV.

Εἰς τὸ ἀφθόνως ζῆν *).

ARGVMENTVM.

Vacui curis, dum viuimus et valemus, laeti fruamur bonis.

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,

ODARIVM XV.

Baxterus censet, hoc odarium conscriptum esse ab Anacreonte illo tempore, quo quinque auri talenta, quae a Polycrate accepisset, domum remiserit. Sed ob hanc ipsam caussam Schneiderus l. c. pag. LIX. sq. negat, hoc carmen Anacreontis esse. Putat enim, si illo tempore Anacreon hanc oden scripserit, minus conueniens videri, vt fortunarum Gygis, et non Croesi potius, sui aequalis, mentionem faciat. Inde colligit, esse hoc odarium a recentiori quodam poëta profectum, qui Archilochum in eo carmine imitatus sit, quo Gyges, aequalis Archilochi, occurrit, et quod est apud Plutarch. περὶ Εὐθυμίας·

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει,
Οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι
Θεῶν ἔργα· μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος·
Ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

*) Haec est inscriptio, quae est in codice Vaticano, luculentior sane reique aptior, quam vulgaris Εἰς ἑαυτόν. vid. Zeune *anim. ad Anacr.* pag. 30.

v. 1. τὰ Γύγεω (dorice pro Γύγου) i. q. Γύγης, vti supra Odar. XI, 11. τὰ Μοίρης pro Μοῖρα. vid. quae ibi notauimus. Sed *Gyges* ponitur pro *opibus*, *diuitiis Gygis*, vt infra Odar. XXVI, 3. τὰ Κροίσου, *opes Croesi*. Subaudi χρήματα, s. κτήματα. Gyges fuit rex Lydorum, qui sese adeo beatum credebat, vt Apollinem Delphicum consuleret, essetne vspiam homo se felicior, nec ne. Sed Pythia respondit: esse rusticum quendam, Lydorum rege longe

τοῦ Σαρδίων ἄνακτος·
οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος,
οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
ἐμοὶ μέλει μύροισι
καταβρέχειν ὑπήνην.
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
καταστέφειν κάρηνα.
τὸ σήμερον μέλει μοι·
τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
ὡς οὖν ἔτ' εὔδι' ἐστὶ,

feliciorem, propterea quod is paucis contentus viueret.

v. 2. Σαρδίων. Σάρδεις erat vrbs Lydiae opulentiſſima, ad Tmolum montem ſita, et Lydorum regia.

ἄναξ idem eſt, quod v. 4. *τύραννος, rex.*

v. 3. *εἷλέ με, cepit me*, id eſt, *volo, magnifacio.*

v. 4. *οὐδὲ φθονῶ, neque invideo*, hoc eſt *lubenter concedo.* cf. Homer. *Odyſſ.* VI, 68. et Aeſchyl. *Prometh.* 588.

v. 5. *ἐμοὶ μέλει, curo, oblector.*

v. 6. *καταβρέχειν, perfundere, delibuere, vngere.*

ὑπήνη, barba, atque ea quidem, quae eſt *circa vtrumque labium.* Sed *πώγων* eſt *tota barba.* cf. Pollux *onomaſt.* II, 8. et Scholiaſt. ad Homer. Iliad. XXIV, 348.

v. 8. *καταστέφειν, cingere, coronare.* cf. Odar. VI, 1.

κάρηνα, plur. pro ſing. vid. ſupra ad Odar. XIV, 10.

v. 9. *τὸ σήμερον, hodiernum*, id eſt *praeſentia.*

v. 10. *τὸ αὔριον, craſtinum*, hoc eſt *futura.* Senſus eſt, *dum viuo, et valeo, potabo.* cf. Horat. 1. od. IX, 13. ſqq. et 4. od. VII, 17. ſqq.

v. 11. Hi quinque poſtremi verſiculi in anthologia omiſſi ſunt, neque injuria Brunckius eos cenſet additities.

εὐδία proprie eſt *aëris bonitas*, id eſt, *ſerenitas.* Suidas: *εὐδία· ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα.* Sed hoc loco metaphorice

καὶ πῖνε, καὶ κύβευε,
καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ,
μὴ νοῦσος, ἤν τις ἔλθῃ,
λέγῃ, σὲ μὴ δεῖ πίνειν.

ODARIVM XVI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Poëta victum se telis amoris fatetur.

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,

valetudo. Id quod patet e contrario νοῦσος v. 14. Est etiam nonnunquam *vitae iucunditas*, v. c. Pindar. *Olymp.* I, 158. ad quem locum vid. Harlesius *antholog. gr. poët.* pag. 195.

v. 12. κυβεύειν, a κύβος, *cubus*, *tessera*, est *alea ludere*, v. c. Xenoph. *memor. Socr.* I, 2. 57. Sed hoc loco ponitur pro παίζειν, *hilarem esse.* Hesych. κυβεύει· παίζει.

v. 13. σπένδειν, proprie est *guttatim fundere*; deinde *libare diis vino*, *lacte* etc. siue *diis sacrificare*. Hoc loco σπένδειν Λυαίῳ est *vino vacare.* Λυαίῳ, *Baccho.* Sed hoc loco per Synecd. *vino.* vid. supra ad Odar. VI, 13.

v. 14. ἢν pro ἐὰν, *si.* τὶς, *aliquis.*

v. 15. λέγῃ, σὲ μὴ δεῖ πίνειν, *iubeat, vt ne tu bibas.*

Caeterum dexterrime hoc odarium imitati sunt Lessingius in carmine: *Was frag ich nach dem Grossultan* etc. et Gleimius in odé: *Rosen pflücke, Rosen blühn* etc.

ODARIVM XVI.

v. 1. λέγεις, *dicis*, pro ᾄδεις, *canis*, vti Odar. I, 1. τὰ Θήβης, hoc est, *Thebas*;

ὁ δ' αὖ Φρυγῶν αὐτάς·
ἐγὼ δ' ἐμαὶς ἁλώσεις.
οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
οὐ πεζὸς, οὐχὶ νῆες·
στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος

vid. quae ſupra ad Odar. XI, 11. notauimus. Θήβη et Θῆβαι, *Thebae*, erat vrbs in Boeotia ſita, condita a Cadmo, Agenoris regis filio, cuius nepotes geſſerunt bellum Thebanum. Vid. quae ſupra ad Odar. I, 2. attulimus. Vnde τὰ Θήβης, *Thebae*, hoc loco ponitur pro *bello Thebano*. Poſt hoc bellum et Trojanum heroum genus exſpirauit. Θήβη Βοιωτικὴ dicebatur ἑπτάπυλος. Erat etiam alia Θήβη in Cilicia, quae Homero Iliad. I, 366. πόλις Ἠετίωνος dicitur; et alia in Aegypto, quae vocabatur ἑκατόμπυλος. vid. Herm. Schlichthorſt *Geographia Homeri* (Gottingae 1788. in 4to) pag. 60. 142. et 157.

v. 2. ὁ pro ἐκεῖνος vel ἄλλος, *ille* aut *alius*.

Φρυγῶν ἀϋτὰς, *bella Trojana*. Troas enim erat pars Phrygiae minoris, ſiue Hellespontiacae. Sed ἀϋτὴ proprie eſt *clamor bellicus*. Nam veteres ad pugnam accedebant cum magno clamore. Hinc deinde ἀϋτὴ *pugnam* ipſam atque adeo *bellum* denotat. Sic Achillem πύργον ἀϋτῆς Homerus vocat, et Martem Heſiodus ἀκόρητον αὐτῆς. Nam deſcendit ab αὔω et per dialyſin ἀΰω, *clamo*.

δ' αὖ, *vero*.

v. 3. ἅλωσις, *excidium*, *clades*. Reſpicit excidium Trojanum. cf. Ouid. Amor. III, 11.

Cum Thebae, *cum* Troja *forent*, *cum Caeſaris acta*,
Ingenium mouit ſola Corinna meum.

Sed plurali numero in his poëta vtitur, quia multi pueri, multae puellae animum ejus ceperant.

v. 4. ὁ et ἡ ἵππος eſt *equus*, ſed ἡ ἵππος etiam *equitatus*, *copiae equeſtres*, vt hoc loco.

ὤλεσεν, *perdidit*, *vicit*.

v. 5. πεζὸς eſt *peditatus*, *copiae pedeſtres*.

νῆες, *copiae nauales*.

v. 6. στρατὸς, *agmen*, *copiae*.

καινὸς, *nouus*, hoc eſt, *inau-*

ἀπ᾿ ὀμμάτων βαλών με.

ODARIVM XVII.

Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν.

ARGVMENTVM.

Poëta poculum ſibi faciundum curat, quidque in eo cupiat incidi, caelatori exponit.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,

ditus. Reſpicit poëta agmen puerorum et puellarum, a quo vincebatur. cf. Zeune *anim. ad Anacr.* pag. 33.

v. 7. ὄμμα, ab ὄπτομαι, video, eſt proprie *viſum*, deinde *oculus*. Sed hoc loco eſt *adſpectus puellarum puerorumque formoſorum.*

Iam vero cum hoc lepido odario comparetur Horat. 2. od. XII, Propert. I. *eleg.* 7. et Ouid. *Amor.* II. eleg. 13.

ODARIVM XVII.

Extat hoc odarium etiam apud Gellium *noct. Attic.* XIX, 9. et in Anthol. gr. Steph. II, 47. it. in Fragment. Vrſini pag. 130. ſq.

v. 1. ὁ ἄργυρος hoc loco eſt *argentum, quod tibi trado.* Nam v. 5. ποτήριον diſerte diſtinguitur a τῷ ἀργυρίῳ, tanquam res materiata a materia.

τορεύειν, etiam γλύφειν, eſt *caelare*: eſt enim a τορεῖν, *perforare*, quod a τορὸς, *acutus.* Et differt a τορνεύειν, quod a τόρνος, *tornare, torno laborare, torno inſculpere.* vid. Salmaſ. ad Solin. pag. 735. Inde τορεύσας male vertit Pauus: *torno mihi labora.* Magni fiebat a veteribus opus caelatum in poculis aliisque vaſis. cf. Odar. XVIII, 1. 8. Theocrit. Idyll. I, 28. vbi item fit mentio poculi. Virgil. *Eclog.* III, 27. et Moſchus Idyll. II, 37. vbi calathus aureus occurrit. Ars caelandi diceba-

Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον,
πανοπλίαν μὲν οὐχὶ,
(τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;)
ποτήριον δὲ κοῖλον,

tur τορευτικὴ, eiusque inuentor Phidias fertur fuiſſe: vnde apud Martial. III, 35. ars Phidiaca vocatur. cf. Erneſti Archaeol. cap. V.

τὸν ἄργυρον τορεύσας μοι ποίησον verti debet: *Hoc argento mibi fabricare.* Nam pro τορεύσας ποίησον eſt Odar. XVIII, 1. τόρευσον. cf. Fiſcherus ad h. l.

v. 2. Ἥφαιστος eſt Vulcanus, Veneris maritus, fabrorum deus. Sed hoc loco per Antonomaſian pro *fabro aurario*, vel *argentario*, ſ. *vaſculario*. Neque per πανοπλίαν v. 3. Achillis clypeus, quem Vulcanus fabricatus erat, a poëta innui videtur, vt cum Barneſio Degen in *Anmerkungen zum Anacreon* pag. 232. exiſtimat.

v. 3. πανοπλία eſt *vniuerſa armatura*, *apparatus omnium armorum*, ſcilicet *lorica*, *clypeus*, *galea*. Ita enim Scholiaſt. Ariſtoph. ad Plut. 952. explicat πανοπλίαν· τὴν τῶν ὅπλων πάντων διασκευήν. Sed ὅπλα, quae etiam dicuntur ἀμυντήρια, ſunt *arma*, h. e. inſtrumenta bellica, quibus vim a nobis defendimus. Vocantur etiam ἅρματα, vnde Latinorum *arma*. Sed βέλη ſunt *tela*, hoc eſt, eiusmodi inſtrumenta, quibus alteri vim inferimus, eumque petimus.

v. 4. τί γὰρ — ſubaudi κοινόν· plene eſt apud Achill. Tat. VI. pag. 387. τί ἐμοὶ καὶ Θερσάνδρῳ κοινόν; Quem locum excitat Fiſcher. ad h. l. cf. Raphel. ad Matth. VIII, 29.

v. 5. ποτήριον et ποτὴρ eſt *poculum*, verbum generis, cuius forma eſt κύπελλον. Odar. XVIII, 2.

κοῖλος eſt *cauus*, *concauus*. ποτήριον κοῖλον eſt *poculum concauum* et *ſinuoſum*. Infra Odar. XXXIX, 21. occurrunt κύπελλα κυρτὰ, quae eadem ſunt. Nam κυρτὸς eſt etiam *curuus*. Omnino adhibetur κοῖλος de partibus rei concauis; v. c. κοίλη ναῦς, h. e. *ſentina*, *carina*, quae deinde apud Homer. Iliad. I, 26. et

ὅσον δύνῃ, βαθύνας.
ποίει δ' ἐμοὶ κατ' αὐτὸ
μήτ' ἄςρα, μήθ' ἅμαξαν,
μὴ ςυγνὸν Ὠρίωνα.
τί Πλειάδων μέλει μοι,
τί δ' ἀςράσιν Βοώτεω;
ποίησον ἀμπέλους μοι,

innumeris locis ſynecdochice ponitur pro *tota naui*.

v. 6. βαθύνας. Ita Brunck e membranis repoſuit, quam lectionem adſenſu ſuo comprobat Heynius in *antiquar. Aufſätzen* P. II. pag. 133. cum vulgaris lectio eſſet βάθυνον. Sed βαθύνειν eſt *excavare*, *profundum facere*.

v. 7. κατ' αὐτὸ, ſcilicet ποτήριον, *in illo*.

v. 8. ἄςρον eſt *ſidus*, ab ἀςὴρ, *ſtella*.

ἅμαξα, etiam ἄμαξα, eſt *currus*, *plauſtrum*, deinde notat quoque ſeptemplex ſidus in vrſa maiori, quod nos vocamus *Himmelswagen*. cf. Cic. Tuſc. I, 28. et Gellius noct. Attic. II, 21.

v. 9. ςυγνὸς eſt *odioſus*, *inviſus*, *triſtis*, *dirus*, a ςύγος, *odium*, quod a ςυγεῖν, *odiſſe*. Sed Orion hoc loco dicitur ςυγνὸς, quia nauigantibus putabatur Orionis et Plejadum occaſus maxime periculoſus, eo quod tum fere multae tempeſtates ſolent exſiſtere. Nam veteres procellas ac tempeſtates, quae autumni tempore plerumque accidunt, ſideribus tribuebant, Arcturo maxime, et arietibus. cf. Heſiod. Ἔργ. 612. Horat. Epod. X, 10. XV, 7. Virgil. Aen. IV, 52.

v. 10. Πλειάδες, a πλεῖν, *nauigare*, latine *Vergiliae*, ſunt ſtellae ſeptem in dorſo Tauri.

v. 11. ἀςράσιν Βοώτεω, pro Βοώτῃ. Bootes autem, ſiue Ἀρκτοφύλαξ, conſtat ſtellis quatuordecim, quae vero non omnes poſſunt conſpici. vid. quae ſupra ad Odar. III, 3. annotauimus.

v. 13. κατ' αὐτῶν, ſcilicet ἀμπέλων. Sic ſcite emendauit Salmaſius pro vulgari κατ' αὐτὸ, *in illo*, quod ex praecedente verſu 7. hic repetitum erat.

καὶ βότρυας κατ᾽ αὐτῶν,
καὶ Μαινάδας τρυγώσας·
ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
καὶ χρυσέους πατοῦντας
ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ
Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

βότρυς, *vua, racemus.*

v. 14. Μαινάδες sunt mulieres, Bacchi et Cybeles sacerdotes, dictae a μαίνεσθαι, quia furore quodam concitatae vagabantur. cf. Catull. LXIV, 21 sqq. Commode hic finguntur decerpentes vuas, eo quod ministrae Bacchi fuerunt. Hesych. Μαινάδες· αἱ Βάκχαι. cf. Degen *index ad Anacr.* sub hac voce.

τρυγᾶν, *vuas decerpere.*

v. 15. ληνὸς est *torcular.* Hesych. ληνός· ὅπου σταφυλὴ πατεῖται. Caeterum hi duo versiculi tantum in cod. Vatic. reperiuntur, in reliquis libris male desunt.

v. 16. χρυσέους, *aureos*, id est, *pulcros, formosos*, vti supra Odar. XIV, 6.

πατεῖν est *calcare.* πατοῦντες sunt *torculatores*, siue calcatores vuarum, qui et ληνοβάται vocantur.

v. 17. ὁμοῦ, *vna, simul.*

καλῷ Λυαίῳ. vid. quae supra ad Odar. VI, 13. notavimus.

v. 18. Ἔρωτα. vid. supra ad Odar. I, 4.

Βάθυλλον. vid. quae diximus ad Odar. IX, 8. et XII, 10.

Legendus praeterea ad hoc odarium Schneiderus in *Anmerkungen über den Anacreon* pag. 114. sqq. et XXXV. sq.

ODARIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Eadem res, quae praecedenti odario subiecta est, recentiori poëtae ansam dedit huius odarii pangendi.

Καλλιτέχνα, τόρευσον
Ἔαρος κύπελλον ἡδύ·
τὰ τερπνὰ τὴν πρῶθ' ἡμῖν
ῥόδα φέρουσαν Ὥρην.
τὸν ἄργυρον δ' ἁπλώσας

ODARIVM XVIII.

v. 1. Καλλιτέχνα. Sic legendum censeo cum Stephano, Salmasio ad Solin. pag. 737. et Arnaldo in lect. Graec. pag. 152. non καλὴ τέχνη, vt abstractum pro concreto ponatur, velut Odar. LI, 2. μανιεῖσα τέχνα, h. e. *diuinus quidam et egregius caelator.* Tum enim v. 5. non esse deberet ἁπλώσας, sed ἁπλώσασα; quod monuit Zeune *animadv. ad Anacr.* pag. 39.

τόρευσον, *caela.* vid. ad Odar. XVII, 1.

v. 2. Ἔαρος κύπελλον, *poculum Veri sacrum.* Ἔαρ enim hoc loco numen est et praecipua Horarum, quam poëta v. 4. ῥόδα φέρουσαν Ὥρην vocat. ἡδύ, *suaue, pulcrum.*

v. 3. Sensus est: *caela Horam ferentem rosam, primas illas delicias meas.* Nam τερπνὸς est *suauis, iucundus, carus.* vid. ad Odar. V, 8. Hesych. τερπνά· ἡδέα.

v. 4. ὥρα proprie est *tempus.* Hesych. ὥρα· καιρός. Deinde notat etiam *certum tempus* vel *anni,* vel *diei,* vel *aetatis.* Sic infra Odar. XXXIX, 10. ὥρα est *ver.* De varia huius vocis significatione vid. Zeune ad Viger. pag. 159. et in ind. ad Xenoph. Mem. Socr. cf. supra ad Odar. III, 1.

v. 5. τὸν ἄργυρον ἁπλώσας, *caelando explanans argentum.* ἁπλοῦν est *extendere,* siue *mal-*

ποίει πότον μοι τερπνόν.
μὴ τῶν παρ' οἴνῳ τελετῶν
ξένον τί μοι τορεύσῃς,
μὴ φευκτὸν ἱςόρημα·
μᾶλλον δὲ ποίει τὸν Διὸς
Εὔϊον ἡμῖν ἔκγονον,
μύςιν τε τῶν πόθων Κύπριν
ὑμεναίους συγκροτοῦσαν.

leo ducere atque *in laminam tenuare*. cf. Arnald. animadv. pag. 12. τὸν ἄργυρον ἁπλώσας ποίει μοι positum est pro ἐν ἀργύρῳ ἡπλωμένῳ ποίει μοι, *caela mihi in superficie argenti*. vid. Heyne *antiquar. Auffätze* P. II. pag. 134.

v. 6. πότος est *compotatio, conuiuium, eine Zechgesellschaft*.

v. 7. αἱ παρ' οἴνῳ τελεταὶ, *sacra Baccho conuiuia*. Nam τελεταὶ dicebantur sacra solemnia Cereris et Bacchi.

v. 8. ξένος proprie est *peregrinus*, 2) *inusitatus, nouus*, 3) *alienus, abhorrens*, vt hoc loco. cf. Aeschyl. Prom. 696.

v. 9. φευκτὸν, *inuisum, odiosum, detestabile*. Hoc verbo explicatur illud ξένον v. 8.

Ἱςόρημα est *quaeque res, quae euenit*, siue ipse illi interfueris, siue traditam ab aliis cognoueris. Nam ἱςορεῖν proprie est *visere, cognoscere*, et vsurpatur de hominibus exteras terras peragrantibus, vt res visu dignas contemplentur et cognoscant.

v. 10. μᾶλλον, *potius*.

v. 11. Εὔϊος, *Euius*, Bacchi nomen, ab εὐοῖ, quae vox bacchantium est.

v. 12. μύςις proprie est *sacris initiata*, deinde *sacerdos*. Hesych. μύςις· μεμυημένη. μύςις τῶν πόθων, *sacerdos amoris*.

Κύπριν. vid. supra ad Odar. V, 9.

v. 13. Ὑμεναῖος, *Hymenaeus*, deus nuptialis et coniugalis amoris, ex Venere et Baccho natus. ὑμεναῖοι sunt *choreae*, quae in nuptiis instituebantur.

συγκροτέω est *instruo, ordino*. Suid. συγκροτεῖ· συνιςᾷ, πρὸς ἁρμονίαν ἄγει, συνδεῖ. Sensus versiculorum inde a 10. ad 13. *Fac mihi potius Iouis prolem, Euium*, siue Bacchum,

χάρασσ' Ἔρωτας ἀνόπλους,
καὶ Χάριτας γελώσας,
ὑπ' ἄμπελον εὐπέταλον,
εὐβότρυον, κομῶσαν·
σύναπτε κούρους εὐπρεπεῖς·
ὁμοῦ δὲ Φοῖβος ἀθύροι.

et sacerdotem amoris, Cyprin, choreas ordinantem.

v. 14. χαράσσειν, proprie est *scalpere*, hoc est *caelo incidere aeri, lapidi* etc. et idem est quod v. 1. τορεύειν.

Ἔρωτας ἀνόπλους, *Amores inermes.* vid. annotata ad Odar. I, 4. et 9.

v. 15. Χάριτας, deas laetitiae, quae sunt Aglaïa, Thalia, et Euphrosyne. vid. ad Odar. V, 11.

γελώσας, *ridentes*, id est, *iocantes.* vid. supra ad Odar. VI, 3. Nam Gratiae finguntur esse semper hilares et laetae.

v. 16. ὑπὸ, cum accus. *sub*, vel *ad.*

ἄμπελος εὐπέταλος est *vitis vestita magnis et amplis foliis.* Namque πέταλον est *folium*, quatenus latum est et amplum. Fischer ad h. l.

v. 17. εὐβότρυος ἄμπελος, *vitis uvis plena.*

κομᾷν, a κόμη, *coma*, est proprie *comam alere*, deinde de arboribus, *foliis abundare, ornatum esse.* Ergo ἄμπελος κομῶσα est *vitis large foliis instructa.*

v. 18. συνάπτειν, *annectere, copulare, coniungere.*

κοῦροι εὐπρεπεῖς, sunt *pueri delicati et formosi.* Hesych. εὐπρέπεια· εὐμορφία. *Adde pueros delicatos.*

v. 19. ὁμοῦ, *prope, darneben.* Hesych. ὁμοῦ· ἐγγύς.

Φοῖβος, notissimum cognomen *Apollinis.*

ἀθύρειν hoc loco est *lyra canere.* De hoc verbo vid. quae supra diximus ad Odar. VIII, 6.

Grata sane maxime ac venusta imago Cupidinis inermis, nec metuendi ideo, cum Gratiis laetis sub vitem foliis plenam sese occultantis.

Caeterum per hoc totum fere odarium elegantiorem doctioremque rationem secutus sum textus Brunckiani.

ODARIVM XIX.

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

ARGVMENTVM.

Poëta caussas docet, quare bibendam sibi videatur.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν.
πίνει θάλασσ' ἀναύρους,
ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
καὐτῷ θέλοντι πίνειν;

ODARIVM XIX.

v. 1. μέλαινα, *nigra*, hoc eſt, *foecunda*.

v. 2. δένδρεον, *arbor*. Arbores terram bibere dicuntur, quatenus ex ea per radices hauriunt humores.

v. 3. ἀναύρους. Ita Heſkin ad Moſch. II, 31. emendauit pro vulgari δ' αὔρας. Sed ἄναυρος proprie eſt *torrens*, id eſt, fluuius ex imbribus et pluuiis collectus et in valles ruens. vid. ſupra ad Odar. VII, 4.

v. 4. ὁ δ' ἥλιος. Stoici cenſebant, ſolem ali et paſci oceani humoribus, lunamque ſolis radiis et ſtellarum. Inde, deficientem ſolem credebant ab luna eſſe exhauſtum. cf. Cic. *de nat. deor.* II, 15. Ariſtot. *Meteorolog. lib.* II. *cap.* 1. et 2. Ez. Spanheim ad Callim. p. 231. et Schneider l. c. pag. 332. ſq.

v. 5. Luna mutuatur lumen a ſole.

v. 6. μάχεσθαί τινι hoc loco eſt *expoſtulare*, *conqueri*, *obiurgare*, vel etiam *probibere*, *vetare*.

ἑταῖροι, *ſodales*.

v. 7. καὐτῷ pro καὶ αὐτῷ, vti ſupra Odar. XVII, 4. κἀμοὶ pro καὶ ἐμοί.

ODARIVM XX.

Εἰς κόρην.

ARGVMENTVM.

Ex duobus fragmentis pessime consarcinatis atque in vnum conflatis, altero inde a versu 5. desiderio sese admodum teneri vtcumque propius fruendae amasiae poëta testatur.

Ἡ Ταντάλου ποτ᾽ ἔστη
λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις,

Praeterea monendum est, in hoc carmine verbum πίνειν positum esse pro καταπίνειν· quod contra Paui reprehensiones erit notandum. Sed καταπίνειν est *absorbere*.

Sensus huius venusti odarii est: *cum in vniuersa rerum natura alterum ex altero alatur et pascatur; cur mihi non licitum erit, vt pascar vino?*

ODARIVM XX.

v. 1. ἡ Ταντάλου pro ἡ παῖς τοῦ Ταντάλου, *filia Tantali*, hoc est, Niobe, quae conversa in saxum dicitur, quum septem filios et totidem filias amisisset. cf. Ouid. *Metam.* VI, 311, sqq. Homer. Iliad. XXIV, 602. sqq. Propert. 2. Eleg. XVI, v. 7. 8.

Nec tantum Niobe *bis sex*
ad busta superba
Sollicito lacrimas depluit
a Sipylo.

cf. Apollod. III, 5. 6. ibique Heyne.

ἔστη, eleganter, vt ἔπτη v. 3. pro ἐγένετο. Solent enim boni scriptores et Graeci et Latini, poëtae in primis, pro verbo *esse* vel *fieri* verbum ponere, quod notet adjunctum aliquod.

v. 2. Φρυγῶν. Nam mons Sipylus, in quo Niobe lapis facta stetit, sita erat in Magnesia, parte quondam Phrygiae. De monte Sipylo vid. Homer. *Iliad.* XXIV, 615. cf. Herm. Schlichthorst *Geographia Homeri* pag. 33. et Schneider l. c. pag. 312. sqq.

καὶ παῖς ποτ᾽ ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος χελιδών.
ἐγὼ δ᾽ ἔσοπτρον εἴην,
ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
ὅπως σε χρῶτα λούσω.
μύρον, γύναι, γενοίμην,

ὄχθαις. Differt proprie ὄχθη, quae eſt *ripa, littus*, ab ὄχθος, *mons, tumulus*. Sed nonnumquam permutantur, vti h. l. et Herodot. IV, 203. cf. Fiſcherus ad h. l. vid. quae diximus ſupra ad Odar. XIII, 5.

v. 3. παῖς — Πανδίονος eſt *Procne* vel *Philomela*. vid. ſupra ad Odar. XII, 6.

ἔπτη. πτῆμι eſt *volo*.

Hi quatuor verſiculi aperte ſunt fragmentum odarii cuiusdam deperditi. Neque enim particulam ex odario XIII. auulſam, quod Degenio placet, (vid. *Anacreons Lieder aus dem Griech. von Ioh, Friedr. Degen* pag. 105.) exiſtimo, cui aeque minus apta videtur.

v. 5. ἔσοπτρον. vid. ſupra ad Odar. XI, 3.

v. 7. χιτὼν, *tunica*. vid. Aelian. *var. hiſt.* XII, 1.

v. 10. χρῶς, a χρόα, *color*, proprie eſt *cutis*. Deinde *corpus*, vt h. l. Heſych. χρωτός· σώματος. Suidas: χρῶς· σῶμα.

v. 11. μύρον proprie eſt *vnguentum e variis odoribus compoſitum*. Id quod patet ex Callim. hymn. in Pall. vbi, quae v. 13. μύρα ſunt, v. 16. χρίσματα μικτὰ appellantur. Sed vnguentum ſimplex dicitur ἔλαιον. vid. ſupra ad Odar. IX, 3. Hic μύρον eſt *vnguentum* in genere.

γύναι, *o mea*, eſt compellatio honeſta apud veteres. cf. Ioh. II, 4. De verbo γυνὴ vid. ſupra ad Odar. II, 8. et XI, 1.

ὅπως ἐγώ σ' ἀλείψω.
καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
καὶ σάνδαλον γενοίμην,
μόνον ποσὶν πατεῖν με.

v. 12. ἀλείφειν, *vngere, delibuere.*

v. 13. ταινία, *strophium*, erat breuis fascia, quae virginalem papillarum tumorem cohiberet, vt ait Nonius XIV, 8. *Busengürtel.* Ita etiam Pollux *Onomast.* VII, 65. τὸ τῶν μαζῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα ταινίαν ὠνόμαζον καὶ ταινίδιον. Etiam in hodiernis Graecis eiusmodi fascia foeminae mammarum tumorem solent cohibere, quae ob longitudinem suam dicitur μακραμά. cf. Guy *litter. Reise nach Griechenland.* P. I. pag. 74.

μαστὸς, *mamma*, proprie *virorum*, vti μαζὸς *mulierum.* Sed permutantur hae voces saepenumero, vt h. l.

v. 14. μάργαρον est *vnio*, sed h. l. monile vnionibus siue margaritis ornatum. Solebant enim foeminae margaritas ex vncino gestare dependentes aureis monilibus, quae dicebantur ὅρμοι, περιτραχήλια et περιδέραια, lat. *monilia*, *armillae.* cf. Plin. hist. nat. IX, 35.

v. 15. σάνδαλον erat calceamenti genus foeminarum. Hesych. σανδάλια· σάνδαλα, γυναικεῖα ὑποδήματα. Diligenter de ea re exposuit Perizon. ad Aelian. var. hist. I, 18.

v. 16. μόνον, *saltem, certe, ad minimum.*

πατεῖν. Subaudi ὡς vel ὥστε, vt in Odar. XXIV, 2. Mallem cum viro quodam docto in Biblioth. philol. Vol. V. pag. 618. scribere: ὅπως μόνον πατῇς με.

Caeterum cum hoc Odario cf. Theocrit. Idyll. III. et Ouid. Amor. II. eleg. 15. v. 9. ad fin.

ODARIVM XXI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Solis aeſtum ſedari poſſe, ſed quo tandem modo amoris aeſtus tollatur, poëtam non habere.

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί·
ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
προδοθεὶς ἀναστενάζω,

ODARIVM XXI.

v. 1. ὦ γυναῖκες, *puellae.* vid. ad Odar. II, 8. XI, 1. XX, 11.

v. 2. Βρόμιος, a βρέμειν, *fremere, reſonare,* frequens epitheton Bacchi. Heſych. Βρόμιος· ὁ Διόνυσος. Sed h. l. per antonomaſiam eſt *vinum.*

ἀμυστὶ, *vno hauſtu,* nec reſpirante, nec labiis compreſſis, a μύειν, *labia comprimere.* Ἄμυστις eſt hauſtus continens ore pleno, nec intercluſo, Thracum proprius. Inde Horat. 1. od. XXXVI, 14. *amyſtis Threicia* vocatur; ad quem locum vid. Iani. cf. Athen. dipnoſ. XI, 7. it. Tabulae Hercul. I, 14. et Guy *litter. Reiſe nach Griechenland,* Part. II. pag. 72. Heſych. ἄμυστιν· συνεχῆ πόσιν. vid. ibi Alberti. Suidas: ἀμυστὶ πιεῖν. λέγεται ἐπὶ τῶν ἀπνευστὶ καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι πινόντων. cf. infra Odar. XXXI, 2.

v. 3. καῦμα, a καίω, *vro,* eſt hic *aeſtus ſolis.* cf. Sophocl. Antig. 417.

v. 4. προδοθείς. Sic eſt in cod. Vatic. a ſecunda manu: primo librarius ſcripſerat πυρωθείς· quod metri ratio reſpuit. Et hanc lectionem recepit Brunckius: parit enim ſenſum commodum, ita vt προδοθεὶς ὑφ' ὑμῶν ἀναστενάζω ὑπὸ καύματος ſit, *deſertus a vobis, prae caloris aeſtu aegre animam duco.* Nam προδίδωμι eſt *prodo,* h. e. deſero, deſti-

δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου
ςεφάνους, οἵους πυκάζω·
τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.
τὸ δὲ καῦμα τῶν Ἐρώτων
κραδίῃ τίνι σκεπάζω;

tuo, derelinquo, periculo expono.

ἀναστενάζειν est *aegre anhelare, vix spiritum ducere*, a *στενάζειν*, *ingemiscere*, quod a *στένειν*, *gemere*.

v. 5. *ἀνθέων ἐκείνου*, scil. *Βρομίου*. Solebant enim veteres floribus vti in remedium ebrietatis, et in conuiuiis et compotationibus tempora iis cingere, et conclaue conspergere. Sensus est: *nectite mihi corollas Bacchi floribus, qualibus ego caput vincire soleo.*

v. 6. *πυκάζω*. vid. ad Odar. IV, 15. V, 16.

v. 7. *τὰ μέτωπα*, plur. pro sing. *τὸ μέτωπον*, *frons*.

ἐπικαίει, *frons aestuat*.

v. 8. *καῦμα τῶν Ἐρώτων*, *aestus amoris*. Amor enim saepius igni comparatur. Sic Terent. Eunuch, I, 2. 5. *Accede ad hunc* ignem, *iam* calesces plus satis.

Ἔρωτες plur. est pro sing. *Cupidinis*.

v. 9. *κραδίῃ*. Longepetraeus, iota deleto, *κραδίη* accipit in vocatiuo casu, vt sensus sit: *Sed quomodo restinguam, anime, aestum Amoris.* Quae emendatio, etiam a Brunckio probata, quamuis nil quidquam duri habeat; tamen vulgaris lectio *κραδίῃ*, pro *ἐν κραδίῃ*, sensum efficit bonum, nimirum hunc: *Sed aestum Cupidinis in animo excitatum quo tandem remedio sedabo.*

σκεπάζω est *tego*, *contineo*. Apte Fischerus vertit: *Aestum amoris continere corde qui possim*, ne petat caput.

Recte denique Brunckius iudicat, hoc odarium mutilum esse.

ODARIVM XXII.

Εἰς Βάθυλλον.

ARGVMENTVM.

Docta descriptio amoeni loci, ad gratam requiem tenerum amantium cor inuitantis.

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον·
ἁπαλὰς δ᾽ ἔσεισε χαίτας

ODARIVM XXII.

v. 1. παρὰ τὴν σκιήν. Praepositio παρὰ, si propinquitatem denotat rei inanimatae, iungitur cum accusatiuo, vt h. l.; si rei animatae, cum datiuo casu. Sic enim Thom. Magister: παρὰ, ὅτε πλησιότητα δηλοῖ, ἐπὶ μὲν ἐμψύχου δοτικῇ συντάσσεται· οἷον παρὰ τῷ βασιλεῖ κάθηται· ἐπὶ δὲ ἀψύχου, αἰτιατικῇ· παρὰ τὴν θάλασσαν. Sed haec regula non semper seruatur, vti ad v. 5. ostendemus.

Βάθυλλε. vid. supra ad Odar. IX, 8.

v. 2. καλὸν τὸ δένδρον, subaudi ἐστί: καλὸν δένδρον est *arbor patula et vmbrosa*. Virgil. Eclog. I, 1.

Tityre, tu patulae recubans
sub tegmine fagi.

id. Eclog. V, 3.

Cur non, Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus)
Hic corylis mixtas inter consedimus *vlmos?*

Sensus est: *Hic, Bathylle, in vmbra conside: praeclara arbor est.* Siue, *praeclaram arborem!* Meliorem sensum haec vulgaris lectio efficit, quam quae, ex Salmasii coniectura, a Brunckio recepta est: παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλου καθίσω. καλὸν τὸ δένδρον.

v. 3. ἁπαλὸς est *tener*.

χαίτη. vid. supra ad Odar. III, 21. Hic, vt Latinorum *coma*, dicitur de arborum foliis et frondibus. cf. Harles. in notis ad anthol. gr. poët. pag. 17. sq.

μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.
παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
πηγὴ ῥέουσα πειθοῦς.

v. 4. μαλακὸς est *mollis*. Sed ponitur subinde pro ἁπαλὸς, vt h. l. et Odar. XXIII, 15. cf. Sophocl. Antig. 783. ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις, *qui* (scil. Cupido) *teneris in genis puellae excubas.*

κλαδίσκος, a κλάδος, est *ramus*, proprie tener et flexilis.

v. 5. παρὰ δ' αὐτῷ. Brunckius emendat παρὰ δ' αὐτὸν, quia hic ad rem inanimatam referatur. cf. supra ad v. 1. Neque tamen est necesse. Nam discrimen istud grammaticorum ab optimo quoque scriptore nonnumquam negligitur. Sic παρὰ de re animata jungit cum accusatiuo casu Homerus Iliad. I, 463. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσὶν, h. e. *iuuenes propter eum stabant, verua tenentes manibus.*

ἐρεθίζει. Quamquam hoc verbum fere in malam partem vsurpatur, tamen etiam subinde sensu bono inuenitur pro *allicere, inuitare, prouocare*, vti h. l. it. Sophocl. Antig. 965. εὔιόν τε πῦρ φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας, (quo in loco verbum ἐρεθίζειν sinistre per *lacessere, sollicitare* interpretatus est in indice is, qui nuper Sophoclis Antigonen separatim edidit Gottingae, hoc titulo: Sophoclis Antigone ex recensione Brunckii cum eiusdem et Camerarii notis selectis. Curauit in vsum scholarum et Indice graeco-latino instruxit A. C. M. Gottingae 1788. 8vo.). cf. Theocrit. Idyll. V, 110. Homer. Iliad. XXIV, 560. Odyss. XIX, 517. Hoc loco ἐρεθίζειν verti potest *garrire, susurro oblectare.* vid. Casaub. ad Athen. VIII, 4. et Schneider *Anmerkungen* pag. 124. sqq.

v. 6. πηγὴ, *fons*, proprie, vt h. l., de ortu fluuiorum, deinde etiam de primordiis aliarum rerum dicitur. cf. Triller ad Thom. Mag.

πηγὴ ῥέουσα explicat vim verbi ἐρεθίζειν · *nos inuitat fons alliciendo ipsa sua suauitate ac lenitate.*

πειθὼ, lat. *suada*, est proprie dea eloquentiae et persuasionis. Sed hoc loco docte

τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
καταγώγιον τοιοῦτο;

et eleganter aqua fontis dicitur πειθώ, quo vim ei poëta tribuit persuadendi et cohortandi, vt accedas et maneas. cf. Odar. XXVIII, 24.

v. 8. καταγώγιον, *diuersorium.* cf. Aelian. var. hist. III, 1. vbi etiam eleganter hoc verbum de loco dicitur, quem arbor vmbrosa capit et fons garrulus.

Quod vero poëta neque in hac descriptione amoenitatis loci ad demulcendos amantium animos compositi, neque in caeteris mentionem faciat Zephyri, a recentioribus poëtis in eiusmodi caussis tam frequenter celebrati, altius in caussas inquirit Wahlius, (vid. *Lieder der Liebe von Sappho und Anacreon, aus dem Griech. durch Sam. Fr. Günther Wahl. Erfurt.* 1783. 8vo. pag. 271. sq.) et recte quidem, Zephyrum, ait, in oris Ioniae non ea lenitate ac dulcedine flare, neque eamdem recreandi vim ac demulcendi habere, quam in regionibus occidentis constat fauonium habere, siquidem ibi impetuosus et acer de montibus Threïciis veniat. Praeterea de amore Zephyri et Florae fabula inuenta est a poëtis sequioris aetatis, qui in regionibus occidentis degebant. Inde eius rei neque Homero neque Anacreonti vlla esse notitia poterat. cf. *Wood über das Originalgenie des Homer,* pag. 89. sqq.

Caeterum de hoc Odario vid. Ramler in *Einleitung in die schönen Wissensch. nach dem Franz. des Herrn Batteux,* P. III, pag. 43.

ODARIVM XXIII.

Εἰς τὸν πλοῦτον.

ARGVMENTVM.

Cum mors certa impendeat, nullis, neque auri neque argenti, muneribus corrumpenda, Baccho ſe et Veneri poëta vacaturum ſtatuit.

Ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ
τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς,
ἐκαρτέρουν φυλάττων,
ἵν', ἂν Θάνατος ἐπέλθῃ,
λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.

ODARIVM XXIII.

v. 1. πλοῦτος hoc loco eſt *copia, abundantia.* πλοῦτος χρυσοῦ ergo eſt *copia auri, permagnae diuitiae, multae opes.*

v. 2. τὸ ζῆν pro ἡ ζωὴ, vt v. 7.

παράγειν proprie eſt *adducere*, ſed hoc loco *adferre, dare, comparare.*

v. 3. καρτερεῖν, *forti animo eſſe*, deinde *ferre, tolerare*, vt h. l. Hoc verbum aliis verbis iunctum vim accipit aduerbii conſtantiam et perſeuerantiam indicantis, ita vt ἐκαρτέρουν φυλάττων ſit, *diligenter, perſeueranter cuſtodirem, ſeruarem.* vid. Io. Ge. Trendelenburg *Anfangsgründe der griech. Sprache* pag. 195. edit. 2.

φυλάττων, ſubaudi τὸν χρυσὸν ſiue τὰ χρήματα.

v. 4. Θάνατος. Ita eleganter emendauit de Medenbach Am. Litt. pag. 49. cum in omnibus libris eſſet θανεῖν ſine articulo, quod poteſt irrepſiſſe e verſu 10.

ἐπέρχεσθαι eſt *ſuperuenire*, hoc eſt praeter opinionem aduenire. Sic ſupra ἐπιστᾶθεὶς Odar. III, 6. cf. Schneider l. c. pag. 196.

v. 5. παρέρχεσθαι, *tranſire, praeterire, recedere.*

εἰ δ' οὔτι που πρίασθαι
τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
τί καὶ μάτην στενάζω;
τί καὶ γόους προπέμπω;
θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
ἐμοὶ γένοιτο πίνειν,
πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν
ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,
ἁπαλαῖσιν ἔν τε κοίταις
τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν.

v. 6. οὔτι που, *neutiquam*. πρίασθαι, *redimere*.

v. 7. τὸ ζῆν pro, ζωὴ, *vita*. ἔνεστι, *licet*, *penes me est*. Hesych. ἔνεστιν· ἔξεστιν.

v. 8. μάτην, *frustra*, *temere*.

v. 9. γόος, *luctus*. Hesych. γόον· θρῆνον. γόους προπέμπειν, *lamenta mittere*, est *lamentari*, *lamentis vacare*. cf. Homer. Odyss. I, 242. qui etiam στεναγμοὺς ἐς γόους coniunxit.

v. 10. πέπρωται, *fato decretum est*, per syncopen pro πεπερατωται, a περατόομαι, *fatis destinor*. Hesych. πεπρωμένον· μεμοιραμένον (μεμοιραμένον). cf. Horat. 2. od. XIII, init.

v. 11. *Quo mihi diuitiae?*

v. 14. φίλοι sunt hic pueri et puellae.

v. 15. ἁπαλαῖσιν pro μαλακαῖσιν. vid. supra ad Odar. XXII, 3 et 4. κοῖται μαλακαὶ sunt μυρσίναι τέρειναι et λώτιναι ποῖαι Odar. IV, 1. et 2. vbi vid. quae notauimus. Sed κοίτη est *cubile*, *lectus*.

v. 16. τελεῖν τὴν Ἀφροδίτην et infra hymn. in Apoll. v. 23. τελεῖν Κυθήρην est *vacare Veneri*. cf. Spanheim ad Callim. hymn. in Apoll. 14.

τὰν Ἀφροδίταν dorice pro τὴν Ἀφροδίτην· et facete quidem ex Baxteri opinione, cui videntur rideri Dores vt subrustici, et harum suauitatum imperiti.

ODARIVM XXIV.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Vitae summa breuis et incerta iubet, vt liberi curis genio indulgeamus.

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην
βιότου τρίβον ὁδεύειν,
χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον,
ὃν δ᾽ ἔχω δραμεῖν, οὐκ οἶδα.
μέθετέ με, φροντίδες·
μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.

ODARIVM XXIV.

v. 1. ἐπειδὴ, *quoniam, siquidem, propterea quod.*

βροτὸς, *mortalis*, h. e. *homo.* cf. Odar. XLIX, 5. Hesych. βροτός· φθαρτὸς, ἢ γηγενὴς ἄνθρωπος.

v. 2. βίοτος, *vita.* vid. supra ad Odar. IV, 8.

ὁδεύειν, subaudi ὥστε vel ὡς, *vt.* cf. supra Odar. XX, 16. ὁδεύειν est *migrare.* Hesych. ὁδεύει· ἀπέρχεται.

τρίβος est *via, semita.* βιότου τρίβον ὁδεύειν, *viam vitae ire*, pro *viuere.*

v. 3. *quod exactum sit tempus scio*, id est, *scio, quam diu vixerim.*

v. 4. *quam*, scil. viam, *adhuc decurrendam habeam, nescio*, hoc est, *nescio, quamdiu in vita futurus sim.*

v. 5. μέθετέ με, *missum me facite*, hoc est, *valete.* Hesych. μέθετε· ἐάσατέ με.

Φροντὶς est, vti μέριμνα Odar. XXV, 2. πόνος et μόχθος ibid. 3. item κῆδος, *cura edax, anxia, sollicita.*

v. 6. μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω, subaudi κοινόν. *quid vos ad me?* vid. supra ad Odar. XVII, 4.

πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέρμα,
παίζω, γελάσω, χορεύσω
μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

ODARIVM XXV.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Vino pelluntur curae.

Ὅταν πίω τὸν οἶνον,

v. 7. φθάνειν est *anteuertere*, *praeuenire*, *opprimere*.

τέρμα, fubaudi τοῦ βίου vel τοῦ θανάτου. Plenius est τέρμα τοῦ βίου Sophocl. in *Oedip. Tyr.* 1529. Aelian. *var. hist.* I, 14. et τέρμα τοῦ θανάτου Homer. *Iliad.* V, 553. IX, 411, 417. XVI, 502. Dicitur etiam τέλος μοίρης, Theocrit. *Idyll.* I, 95. itemque κῆρ, μοίρη, πότμος θανάτου Homer. *Odyss.* II, 100. *Iliad.* XVI, 687. Sed τέρμα proprie est *terminus*, quo agri diuiduntur, *Markstein*; deinde cuiusque rei extremum, vel h. l. *extremum vitae*, id est, *mors*. Hinc τέρμιος ἡμέρα apud Sophocl. in *Antig.* 1331. *dies emortualis*. Hesych. τέρμα· σημεῖον, τέλος ζωῆς.

v. 8. παίζειν est *ludere* more puerorum proprie; deinde omnino *ludere*, *se oblectare*. cf. Theophr. *char.* XXVII. Pollux *Onom.* V, 45. vide fupra ad Odar. XI, 10.

γελᾶν, *ridere*, fed hoc loco *iocari*. vid. quae fupra ad Odar. V, 5. VI, 3. XVIII, 15. notauimus.

χορεύειν, *choros ducere*, *saltare*.

v. 9. τοῦ καλοῦ Λυαίου. vid. ad Odar. VI, 13.

Caeterum cum hoc Odario comparetur Bion. *Idyll.* V.

ODARIVM XXV.

v. 1. πίω. Ita Barnes. recte

εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου.
σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

pro πίνω substituit. cf. infra Odar. XXVII, 3. L, 10. LII, 11.

v. 2. εὕδουσιν, *dormiunt*, i. e: *quiescunt*, *cessant*, *non amplius vexant et vrgent*.

μέριμναι sunt *sollicitudines*, *curae anxiae* atque *edaces*. vid. ad Odar. XXIV, 5.

v. 3. πόνος dicitur de *labore*, *qui corpus adficit et lassum facit*. πόνοι sunt *adflictiones animi et dolores*. γόος, *lamentum*. cf. Odar. XXIII, 9.

v. 5. Degen emendationem hominis doctissimi in ephemeridd. litter. Lips. a. 1781. n. 81. recepit: κἂν μοι μέλῃ, θανεῖν δεῖ· eo quod versu praecedenti maxime commendetur. Sed ea sequenti versu minus commenderi videtur. Verius itaque duco cum Pavo, versus a 3. vsque ad 6. a librario esse transpositos et ita locandos:

τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.

v. 6. πλανᾶν proprie est *a recta via abducere*, h. e. *errare facere*. πλανᾶσθαι, *pati se a via abduci*, h. e. *vagari*. vid. supra ad Odar. III, 13. Sed πλανᾶσθαι τὸν βίον est *vitam curis, negotiis, laboribus consumere*. vid. Zeune anim. p. 58.

v. 7. Poëta iam sodales adloquitur.

v. 8. τοῦ καλοῦ Λυαίου. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 9. σὺν τῷ δὲ πίνειν, *bibendo autem*.

v. 10. εὕδουσιν. vid. ad v. 2.

Totius huius odarii argumentum breuissime hoc disti-

ODARIVM XXVI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Vino curis soluti beamur.

Ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου
θέλω καλῶς ἀείδειν·
5. κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.

cho comprehendit Ouid. *de arte am.* I, 237. sq.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo diluiturque mero.

ODARIVM XXVI.

v. 1. ὁ Βάκχος hic est *vinum.* vid. ad Odar. XIII, 9. Ergo ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ est, *quando vinum bibo.*

v. 2. εὕδουσιν. vid. ad Odar. XXV, 2.

v. 3. Sensus est: *videor mihi praediues esse.* Nam τὰ Κροίσου, hoc est τὰ Κροίσου χρήματα, *opes et diuitiae Croesi,* Lydorum regis opulentissimi, sunt *maximae et insignes diuitiae.*

v. 4. θέλω καλῶς ἀείδειν, *volo pulcre, dulce canere,* hoc est, *delector hymnis suauibus.*

v. 5. κισσοστεφὴς, a κισσὸς, *hedera,* et στέφειν, *cingere,* est *hedera cinctus tempora, hedera coronatus.* Nam *hedera* fuit Baccho sacra. vid. supra ad Odar. VI, 5.

κεῖμαι, *stratus iaceo,* apte de potatore dicitur.

v. 6. πατεῖν θυμῷ, *animo calcare,* id est, *spernere, contemnere.* Sic πατεῖσθαι Odar. XLVI, 6. simpliciter est *sperni, flocci fieri.* Suid. πατήσας· καταφρονήσας.

ὅπλιζ᾽, ἐγὼ δὲ πίνω.
φέρ᾽ ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ.
μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

ODARIVM XXVII.

Εἰς Διόνυσον.

ARGVMENTVM.

Gestientis laetitiae fons vberrimus vinum.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος

v. 7. Quamquam ὁπλίζειν non solum de armis, sed de omni apparatu dicitur, v. c. Homer. *Odyss.* IV, 429. 574. tamen contextus non patitur, poetam hic puerum ministrantem alloqui, vt poculo se et cyatho instruat; potiusque planum est, poëtam se ad amicum conuertere, vt sensus sit: *Tu arma capessas et militiam colas*, vt diuitiis potiare; *ego*, qui haec omnia nihil facio, *bibam*. cf. Zeune animadv. pag. 58. sq.

v. 8. κύπελλον. vid. ad Odar. XVIII, 2.

v. 9. μεθύειν est *large bibere, bibere ad hilaritatem.* vid. ad Odar. VI, 3.

κεῖσθαι. vid. ad v. 5. Elegans ἀντιτεμός· κεῖσθαι μεθύοντα et κεῖσθαι θανόντα. Nam et mortuorum verbum proprium est κεῖσθαι. Sic Bion *Idyll.* I, 7. κεῖται καλὸς Ἄδωνις, et Tyrtaeus I, 22. vbi vid. Harles. in anthol. gr. poet. pag. 44.

ODARIVM XXVII.

v. 1. παῖς, *filius.* cf. Odar. XX, 3.

ὁ Βάκχος hoc loco *vinum*, vt Odar. XXVI, 1. vid. ad Odar. VIII, 3.

ὁ λυσίφρων, ὁ Λυαῖος,
ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
εἰσέλθῃ μεθυδότας,
διδάσκει με χορεύειν.
ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν
ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς·
μετὰ κρότων, μετ᾽ ᾠδᾶς
τέρπει με κ᾽ Ἀφροδίτα,
καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

v. 2. λυσίφρων, a λύειν, *solvere*, et φρὴν, *qui mentem relaxat*, *laetitiae dator*, exquisitum Bacchi epitheton. Cui contrarium est ἐχέφρων, qui mentem, qui cupidines freno continet et coërcet, h. e. *castus*.

ὁ Λυαῖος, cognomen Bacchi. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 3. Sensus est: *Quum vinum, quod large bibi, caput petit*.

v. 4. μεθυδότας dorice pro μεθυδότης, *vini dator*, vel *ebrietatis auctor*, a μέθυ, *vinum*, est epitheton Bacchi. Tibull. II, 3. 35. iucundae *consitor uvae*.

v. 5. cf. supra ad Odar. XIII, 12.

v. 6. καὶ vim augendi habet. ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν, *atque adeo intus in animo iucundi quid*, quo perfundar, *percipio*, hoc est, *dici non potest*, *quantopere oblecter*, *quanta me perfusum voluptate sentiam*.

v. 7. ὁ τᾶς μέθας ἐραστὰς dorice pro ὁ τῆς μέθης ἐραστής. Sed μέθη est *ebrietas*, hilaritas ex vino. vid. supra ad Odar. VI, 3. ἐραστὴς, *amator*, ab ἐρᾶν. *Qui libenter bibit vinum*, hoc est, *ego*.

v. 8. μετὰ *cum*, vel *inter*. κρότος h. l. *saltatio*. cf. Arnald. animaduerss, pag. 20. sqq.

v. 9. τέρπειν, *delectare*, *oblectare*, *demulcere*.

κ᾽ Ἀφροδίτα pro καὶ Ἀφροδίτα, et hoc dorice pro Ἀφροδίτη, hoc est *Venus*.

ODARIVM XXVIII.

Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν *).

ARGVMENTVM.

Pictorem poëta docet, quomodo pingi cupiat formosam amasiam.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
γράφε, ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κάρανε τέχνης,
ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,

ODARIVM XXVIII.

*) Argumento conuenientius hoc odarium inscripsit Barnesius: Πρὸς τὸν ζωγράφον, περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐρωμένης.

v. 1. ζωγράφος est *pictor*. De hoc vocabulo vid. Valckenaer ad Theocriti Adoniaz. pag. 374.

v. 2. γράφειν hoc loco est *pingere*. Inde γραμμὴ, *linea*, et γραμμὴν ἑλκύσαι est *lineam ducere*, et περιγράφειν *delineare*, hoc est, lineis extrema figurae includere. it. γράμματα, *picturae*, Theocrit. *Idyll.* XV, 81. vid. Harles. ind. ad Anthol. gr. poët.

v. 3. Ῥοδίης κάρανε τέχνης. Perperam in membranis erat: ῥοδέης κοίρανε τέχνης. Sed cum ῥοδέη τέχνη, *rosea pictura*, inepte dicatur, scite Henr. Stephanus emendat Ῥοδίης, *Rhodiae artis*. Nam summi tum Rhodi artifices floruerunt. Et pro κοίρανε, quod metro repugnat, Brunckius reponit aptius κάρανε. Est autem κάρανος a κάρα, *caput*, et notat *principem*, *magistrum*, quod etiam κοίρανος designat.

τέχνη est hic *ars pictoria*. Rhodios autem picturae peritissimos fuisse ostendit Plin. *hist. nat.* VII, 38. XXXV, 10. cf. Pindar. Olymp. VII, 97. vid. Schumacher comment. II. de Rhodo litterata. (Ienae 1760.) pag. 13. sqq.

v. 4. ἀπεοῦσαν, *absentem*: vt scilicet absentiam puellae

γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς

viua eius imagine compensem. *εἰπεῖν* hoc loco eſt *deſcribere*, *ὡς ἂν εἴπω*, *vti deſcribam*.

v. 5. *ἑταίρη* proprie, vt hic, *amica*, *amaſia*; deinde etiam *meretrix*, *proſtibulum*. Hinc *ἑταιρεῖν* et *ἑταιρίζειν*, *ſe proſtituere*. Aelian. *var. hiſt.* IV, 1. cf. Heuſinger ad Plutarch. de educat. liber. pag. 52. vid. ſupra ad Odar. IV, 15.

v. 6. *τὸ πρῶτον*, *primum*.

v. 7. *ἁπαλὰς* pro *μαλακὰς*, *molles*. vid. ſupra ad Odar. XXII, 3. et 4.

μελαίνας. Capilli nigri in praecipua venuſtatis muliebris parte putabantur apud veteres. cf. Franc. Iunius de pictura veterum lib. III. cap. 9. §. 6.

v. 8. *ὁ κηρὸς* eſt *cera*. Nam veteres tabulae fiebant ex cera, quae cum coloribus inurebatur; quae pingendi ratio dicebatur encauſtica. cf. Plin. *hiſt. nat.* XXXV, 11. it. Sulzer *Theorie der ſchönen Künſte*, artic. *Enkauſtiſch*.

ἂν pro *ἐάν*. Senſus eſt: *ſi per ceram fieri poterit*. Sic etiam Odar. XLIX, 7.

v. 9. *μύρου*. vid. ſupra ad Odar. IX, 3.

πνεούσας, *ſpirantes*, *olentes*. cf. Odar. IX, 5.

Quum nec molles capilli nec vnguentum ſpirantes fingi in cera poſſint, quare tamen illud ab artifice poëta petierit, cauſſas adfert Leſſingius in *Laokoon* pag. 219.

v. 10. *ἐξ ὅλης παρειῆς*. Praepoſitio *ἐξ* hic ponitur pro *ἐν*, de quo ſenſu huius particulae vid. Erneſti ad Homer. Iliad. XIX, 375. Et ſenſus eſt: *In ea parte, qua gena integra eſt expicta*. Nam *ὅλη παρειὰ* hoc loco eſt *gena integra planeque expicta*, non *plena et vber*, quamque nulla macies obſideat. Iuſſit enim poëta imaginem obliquam pingi (en profil), non anticam (en fa-

ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις
ἐλεφάντινον μέτωπον.
τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
διάκοπτε, μήτε μίσγε·
ἐχέτω δ᾽, ὅπως ἐκείνη,

ce). cf. Zeune animadv. ad Anacr. pag. 61.

v. 11. πορφυροῦς, a πορφύρα, *purpura*, h. e. conchae marinae ſpecies, *purpureus*, de colore in ſuo quoque genere eximio et pulcro et ſplendente dicitur. Sic Bion *Idyll.* VIII, 19. ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῆς, *flos niueis ſplendeſcebat genis.* Ita etiam Virg. *Ecl.* IX, 40. *ver purpureum* et apud Ouid. *nix purpurea* dicitur. In ſpecie colorem *nigricantem* denotat, quoniam purpureus color habet aliquid fuſci et ſubnigri. Hinc altum mare Homer. *Iliad.* I, 482. κῦμα πορφύρεον, et Virgil. *Georg.* IV, 373. *mare purpureum* appellatur. Etiam mors Homer. *Iliad.* V, 83. πορφύρεος θάνατος vocatur. cf. Harleſ. ad *Anthol. gr. poët.* pag. 20. ſq.

χαίτη eſt *coma*. vid. ad Odar. III, 21. πορφυραῖ χαῖται ſunt *comae nigrae*, quae v. 7. μέλαιναι dicuntur.

v. 12. ἐλεφάντινος, *eburneus*, ab ἐλέφας, *elephantus*, deinde *ebur*. Eſt etiam *ſplendidus*, vt h. l. et Odar. XXIX, 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, omninoque *pulcher*. Heſych. ἐλεφάντινα· λευκά. Sic etiam apud Ouid. *Heroid.* XX, 57. *ceruix eburnea* occurrit, et Amor. III, 7. *brachia eburnea.*

v. 13. μεσόφρυον eſt *ſpatium ſuperciliis interiectum.* Nam ὀφρὺς eſt *ſupercilium*, et μεσόφρυς eſt is, *qui ſupercilia ſeiuncta habet*, vti σύνοφρυς v. 16. *cui ſupercilia cohaerent*, id quod in parte pulcritudinis ponitur. Pollux II, 49. μεσόφρυον δὲ, τῶν ὀφρύων τὸ μέσον, ὃ καὶ μετώπιον ὠνόμαζον.

v. 14. διακόπτειν, *diſcindere, diſcerpere*: μίσγειν, *miſcere.* Senſus eſt: *ſupercilia nec nimium diſtent inuicem, nec plane coëant.* Quod duobus verſibus proxime ſequentibus explicatur. cf. Leſſing *Laokoon* pag. 202.

v. 15. ἐχέτω, h. e. *referat, exhibeat.*

τὸ λεληθότως σύνοφρυν
βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.

ὅπως ἐκείνη, scil. *ἑταίρη*, subaudi *ἔχει*.

v. 16. *λεληθότως*, aduerbium, vim habet adiectiui, ita vt *ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τὸ λεληθότως* (nam sic articulum aduerbio annectendum censeo cum Stephano) *σύνοφρυν* idem sit, atque *ἐχέτω τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας*.

σύνοφρυς, *supercilia coniuncta habens*; vnde *συνοφρυοῦσθαι*, *supercilia contrahere*.

v. 17. *ἴτυς* est *ora extrema* cuiusque rei circumferentiam habentis; e. c. ora clypeorum, rotarum, nauium et similium. cf. Hesiod. *Ἀσπ.* 314. Hesych. *ἴτυς· ἡ ἐσχάτη ἁψὶς, ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος.* Sed *βλέφαρον* est *palpebra*. *βλεφάρων ἴτυς* ergo est elegans circumlocutio *superciliorum*.

κελαινὸς est *niger*. Hesych. *κελαινή· μέλαινα*.

v. 18. *βλέμμα*, *adspectus*, hic vero *oculus*.

νῦν refertur ad *τὸ πρῶτον* v. 6. *nunc deinceps*.

ἀληθῶς, *accurate*, vt ne in minima quidem parte a praescripto recedas; vt ad vnguem exemplum exprimas ac referas.

v. 19. *ἀπὸ τοῦ πυρὸς*, *ardentes*, *argutos*, *radiantes oculos*.

v. 20. *γλαυκὸς*, *caesius*, *caeruleus*, cuiusmodi oculos Mineruae tribuebant veteres. Hinc apud Homer. *Iliad.* I, 206. et saepius *γλαυκῶπις Ἀθήνη* vocatur; vbi Pseudodidymus: *γλαυκῶπις· ἡ γλαυκόφθαλμος· ἢ γλαυκοὺς καὶ καταπληκτικοὺς ὦπας ἔχουσα.* cf. Theocrit. *Idyll.* X, 25. Deinde etiam *γλαυκὸς* est *terribilis*. Hesych. *γλαυκή· ἰσχυρὰ, φοβερὰ, λευκή.*

v. 21. *ὑγρὸς* proprie est *humidus*, deinde *lubricus*, *mollis*, *flexibilis*. *ὑγρὸν βλέμμα* est ergo idem, quod apud Alciphron. I. ep. 28. *τακερὸν βλέμμα*, apud Iuuenalem *tremens*,

γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,
προκαλούμενον φίλημα.
τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου

apud Persium *patrans oculus* dicitur: oculus lasciuus et mobilis et natans et quadam quasi voluptate suffusus, et limus et venereus, vt ait Quinctil. XI, 3. cf. Lamb. Bos animadv. ad scriptt. gr. pag. 46. sq. et Winkelmann *Geschichte der Kunst* pag. 301. Sensus est: *Oculi sint partim graues quasique terribiles, partim lasciue mobiles et amabiles; liebreizend und schmachtend.*

v. 22. et 23. *Pinge nasum et genas candidas roseo colore suffusas.* cf. Bion I, 27. Propert. II. el. 2. 19. vid. Harlef. ad Anthol. gr. poët. pag. 24.* Caeterum de grata coloris albi et rubri mixtura, in parte venustatis praecipua habita, vberius exposuit Doruillius ad Charit. pag. 161.

v. 24. χεῖλος, *labium.*

οἷα adiectiuum in neutro pluralis pro aduerbio οἷον, *instar*, vti supra Odar. IV, 7. 13. vbi vid. quae annotauimus. Sic Odar. V, 5. ἁβρὰ pro ἁβρῶς et v. 12. μάταια pro ματαίως.

Πειθοῦς. vid. quae ad Odar. XXII, 6. diximus. Quidquid enim vim alliciendi habet, ei tribuitur Πειθώ. In primis Suadela fingebatur nuptiis praeesse et Gratias comitari. Sensus est: *labia sint ridentia et ita suauia, vt ad oscula inuitent.* cf. Faber ad h. l. et Klotzii *lect. Venus.* pag. 187.

v. 25. προκαλοῦμαι, *pellicio, inuito.*

φίλημα. vid. supra ad Odar. VIII, 11.

v. 26. τρυφερὸς, a θρύπτειν, *frangere*, est *tener*, *mollis.* Hesych. τρυφερός· νέος, ἁπαλός.

γένειον et γένυς *mentum*; et τρυφερὸν γένειον, *mentum delicatum.* ἔσω γενείου, *intra mentum*, significat, quod Zeunio l. c. pag. 64. placet, inferiorem partem menti, quae versus collum porrigitur. cf. Lessing. *Laokoon* pag. 218.

περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
ὑποπορφύροισι πέπλοις·
διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
ὀλίγον, τὸ σῶμ᾽ ἐλέγχον.
ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

v. 27. περὶ, *circum, in.*

λυγδίνῳ a Λύγδος, locus in insula Paro, vnde marmor candidissimum et splendidissimum effodiebatur. Inde marmor Parium siue Lygdinum dicitur. cf. Plin. *hist. nat.* XXXVI, 8. et Olearius *ad Philostrat.* pag. 762. Ergo λύγδινος τράχηλος est *collum candidum.*

v. 28. Χάριτες. vid. supra ad Odar. V, 11.

v. 29. στολίζειν, *amicire, ornare,* a στολὴ, quae de toto corporis ornatu dicitur.

. τὸ λοιπὸν, plenius κατὰ τὸ λοιπὸν, *ceterum.*

v. 30. πέπλος hic non est *flammeum*, sed longa et exterior vestis muliebris, quae alias στολὴ vocatur, et supra Odar. XX, 7. χιτὼν, de cuius figura vid. Winkelmann *Gesch. der Kunst* Tom. I. pag. 200.

ὑποπορφύροισι, *subpurpureis.* Hunc colorem propterea praecipit poeta artifici, quod purpureo dilutior est et aptior ad alios colores transmittendos. cf. Bergler. ad *Alciphr.* pag. 160. De veste Coa, tenui admodum ac pellucida, accipiendum. cf. Plin. *hist. nat.* XXXV, 9. et Aelian. *var. hist.* IV, 3. cf. Zeune l. c. pag. 64.

v. 32. ἐλέγχειν hic est *prodere, indicare, ostendere.* cf. Horat. 1. od. IX, 21.

v. 33. ἀπέχει, *satis est.* cf. Marc. XIV, 41. de qua notione huius verbi vid. Stephanus *de idiom. dialecti Atticae* pag. 199. Hesych. ἀπέχει· ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ. cf. Schneider l. c. pag. 235. sq.

v. 34. τάχα, *mox.*

λαλήσεις. cf. Ouid. *Heroid.* XIII, 155.

κεκερασμένον γαλήνῃ,
τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης,
ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
ῥοδίνην δ', ὁποῖα μῆλον,
χνοΐην ποίει παρειήν·
ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς

v. 13. γαλήνη proprie est *unda placida*, vel *tranquillitas maris*. cf. infra Od. XXXVII, 3. 4. et Euripid. in *Oreste* 281. Deinde est *hilaritas, animi serenitas, vultus serenus*, vt h. l.

κεκερασμένον, vsitatius est κεκραμένον.

v. 14. ἕλκον, *capiens, sumens*.

τὸ μὲν — τὸ δὲ — *illud* — *hoc*. cf. infra ad Odar. XXXIII, 8. 9.

v. 16. Particulae τὸ μὲν — τὸ δὲ hic notant *partim* — *partim*.

φοβῆται, *se terreat*, id est, *timeat*. cf. Kuster. *de verbis mediis* pag. 168. et ibi Clericus et Wolle.

v. 17. κρεμάω est *suspendo*, et in passiuo *pendeo*. ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶσθαι, *spe suspendi, haerere*, est spem quidem habere, sed dubiam atque incertam.

v. 18. ὁποῖα, adiectiuum in neutro plur. pro aduerbio ὁποῖον, vel ὅπως, vti supra Odar. XXVIII, 24. οἷα pro οἷον. vid. ad Odar. IV, 7. 13.

μῆλον est *malum Cydonium*, *Quitte*, ab vrbe Cydone in Creta insula. vid. Heyne ad Virgil. *Eclog.* II, 51. Verba ὁποῖα μῆλον coniungenda sunt cum nomine χνοΐην.

v. 19. χνόϊος, *lanuginosus*, a χνοῦς, *lanugo*. Ordo verborum est: ῥοδίνην δὲ παρειὴν ποίει χνοΐην, ὁποῖα μῆλον· *facito, vt eius genae, quae rosae colorem referunt, lanuginosae sint, vti malum Cydonium*.

v. 20. ἐρύθημα est *rubor*. Turbatum verborum ordinem sic commode instaurat Fischerus: ποίησον, ὡς ἂν δύνασαι,

δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
τὸ δὲ χεῖλος, οὐκ ἔτ' οἶδα;
τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις
ἁπαλὸν, γέμον τε πειθοῦς.
τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
μετὰ δὲ πρόσωπον ἔστω
τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
ἐλεφάντινος τράχηλος.

βαλεῖν ἐρύθημα αἰδοῦς· fac, quantum poteris, vt gena emittat ruborem verecundum. Nam βαλεῖν hic est *emittere.* Sic Sophocl. *Antig.* 412. ὀσμὴν βάλλειν, *odorem emittere, spargere.* cf. Homer. *Odyss.* V, 479. ὡς hic positum est pro. ὅσον. ὡς ἂν δ. ergo est, *quantum in te erit, quantum poteris.*

αἰδὼς, pudor, verecundia.

v. 24. γέμον τε πειθοῦς. Sunt enim suadae sedes labia. γέμειν, *plenum esse.* χεῖλος ἁπαλὸν γέμον τε πειθοῦς est idem, quod Odar. XXVIII, 24. χεῖλος, οἷα Πειθοῦς, προκαλούμενον φίλημα, *labium molle ac dulce ad oscula suauiter inuitans.*

v. 25. τὸ δὲ πᾶν, *vno verbo, denique, omnino.*

v. 26. λαλῶν σιωπῇ. Oxymoron. Sensus est: *ita pinge labia, vt, dum quiescunt et tacent, loquantur.* ἐχέτω λαλῶν dicitur pro λαλείτω. cf. Fischer animaduerss. ad Weller. pag. 341.

v. 27. μετὰ, *prope.*

πρόσωπον complectitur partes oris ante commemoraras, scilicet frontem, supercilia, oculos, genas, labium.

v. 28. παρέρχεσθαι proprie est *praeterire*, deinde, vt hic, *vincere, superare.* Sic Homer. *Odyss.* V, 291. ὅς σε παρέλθοι ἐν πάντεσσι δόλοισι.

v. 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, *collum Adonidis eburneum*, hoc est, *candidum et splendidum.* vid. ad Odar. XXVIII, 12. et 27. Sensus est: *ad faciem iungas collum eburneum splendore Adonidis collum superans.*

εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου.
σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

pro πίνω substituit. cf. infra Odar. XXVII, 3. L, 10. LII, 11.

v. 2. εὕδουσιν, *dormiunt*, i. e. *quiescunt*, *cessant*, *non amplius vexant et urgent*.

μέριμναι sunt *sollicitudines*, *curae anxiae* atque *edaces*. vid. ad Odar. XXIV, 5.

v. 3. πόνος dicitur de *labore*, *qui corpus adficit et lassum facit*. πόνοι sunt *adflictiones animi et dolores*. γόος, *lamentum*. cf. Odar. XXIII, 9.

v. 5. Degen emendationem hominis doctissimi in epheme-ridd. litter. Lips. a. 1781. n. 81. recepit: κἂν μοι μέλῃ, θανεῖν δεῖ·' eo quod versu praecedenti maxime commendetur. Sed ea sequenti versu minus commenderi videtur. Verius itaque duco cum Pavo, versus a 3. vsque ad 6. a librario esse transpositos et ita locandos:

τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.

v. 6. πλανᾶν proprie est *a recta via abducere*, h. e. *errare facere*. πλανᾶσθαι, *pati se a via abduci*, h. e. *vagari*. vid. supra ad Odar. III, 13. Sed πλανᾶσθαι τὸν βίον est *vitam curis*, *negotiis*, *laboribus consumere*. vid. Zeune anim. p. 58.

v. 7. Poëta iam sodales adloquitur.

v. 8. τοῦ καλοῦ Λυαίου. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 9. σὺν τῷ δὲ πίνειν, *bibendo autem*.

v. 10. εὕδουσιν. vid. ad v. 2.

Totius huius odarii argumentum breuissime hoc disti-

ODARIVM XXVI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Vino curis soluti beamur.

Ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου
θέλω καλῶς ἀείδειν·
κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.

cho comprehendit Ouid. *de arte am.* I, 237. sq.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo diluiturque mero.

ODARIVM XXVI.

v. 1. ὁ Βάκχος hic est *vinum*. vid. ad Odar. XIII, 9. Ergo ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ est, *quando vinum bibo.*

v. 2. εὕδουσιν. vid. ad Odar. XXV, 2.

v. 3. Sensus est: *videor mihi praediues esse.* Nam τὰ Κροίσου, hoc est τὰ Κροίσου χρήματα, *opes et diuitiae Croesi*, Lydorum regis opulentissimi, sunt *maximae et insignes diuitiae.*

v. 4. θέλω καλῶς ἀείδειν, *volo pulcre, dulce canere*, hoc est, *delector hymnis suauibus.*

v. 5. κισσοστεφὴς, a κισσὸς, *hedera*, et στέφειν, *cingere*, est *hedera cinctus tempora*, *hedera coronatus.* Nam *hedera* fuit Baccho sacra. vid. supra ad Odar. VI, 5.

κεῖμαι, *stratus iaceo*, apte de potatore dicitur.

v. 6. πατεῖν θυμῷ, *animo calcare*, id est, *spernere, contemnere.* Sic πατεῖσθαι Odar. XLVI, 6. simpliciter est *sperni, flocci fieri.* Suid. πατήσας· καταφρονήσας.

ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
φέρ' ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ.
μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

ODARIVM XXVII.

Εἰς Διόνυσον.

ARGVMENTVM.

Gestientis laetitiae fons vberrimus vinum.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος

v. 7. Quamquam ὁπλίζειν non solum de armis, sed de omni apparatu dicitur, v. c. Homer. *Odyss.* IV, 429. 574. tamen contextus non patitur, poetam hic puerum ministrantem alloqui, vt poculo se et cyatho instruat; potiusque planum est, poëtam se ad amicum conuertere, vt sensus sit: *Tu arma capessas et militiam colas*, vt diuitiis potiare; *ego*, qui haec omnia nihil facio, *bibam.* cf. Zeune animadv. pag. 58. sq.

v. 8. κύπελλον. vid. ad Odar. XVIII, 2.

v. 9. μεθύειν est *large bibere, bibere ad hilaritatem.* vid. ad Odar. VI, 3.

κεῖσθαι. vid. ad v. 5. Elegans ἀντιθεμός· κεῖσθαι μεθύοντα et κεῖσθαι θανόντα. Nam et mortuorum verbum proprium est κεῖσθαι. Sic Bion *Idyll.* I, 7. κεῖται καλὸς Ἄδωνις, et Tyrtaeus I, 22. vbi vid. Harles. in anthol. gr. poet. pag. 44.

ODARIVM XXVII.

v. 1. παῖς, *filius.* cf. Odar. XX, 3.

ὁ Βάκχος hoc loco *vinum*, vt Odar. XXVI, 1. vid. ad Odar. VIII, 3.

ὁ λυσίφρων, ὁ Λυαῖος,
ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
εἰςέλθῃ μεθυδότας,
διδάσκει με χορεύειν.
ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν
ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς·
μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς
τέρπει με κ' Ἀφροδίτα,
καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

v. 2. λυσίφρων, a λύειν, *solvere*, et φρὴν, *qui mentem relaxat, laetitiae dator*, exquisitum Bacchi epitheton. Cui contrarium est ἐχέφρων, qui mentem, qui cupidines freno continet et coërcet, h. e. *castus*.

ὁ Λυαῖος, cognomen Bacchi. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 3. Sensus est: *Quum vinum, quod large bibi, caput petit.*

v. 4. μεθυδότας dorice pro μεθυδότης, *vini dator*, vel *ebrietatis auctor*, a μέθυ, *vinum*, est epitheton Bacchi. Tibull. II, 3. 35. iucundae *consitor uvae*.

v. 5. cf. supra ad Odar. XIII, 12.

v. 6. καὶ vim augendi habet. ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν, *atque adeo intus in animo iucundi quid*, quo perfundar, *percipio*, hoc est, *dici non potest, quantopere oblecter, quanta me perfusum voluptate sentiam.*

v. 7. ὁ τᾶς μέθας ἐραστὰς dorice pro ὁ τῆς μέθης ἐραστής. Sed μέθη est *ebrietas*, hilaritas ex vino. vid. supra ad Odar. VI, 3. ἐραστὴς, *amator*, ab ἐρᾷν. *Qui libenter bibit vinum*, hoc est, *ego*.

v. 8. μετὰ *cum*, vel *inter*. κρότος h. l. *saltatio*. cf. Arnald. animaduerss. pag. 20. sqq.

v. 9. τέρπειν, *delectare, oblectare, demulcere*.

κ' Ἀφροδίτα pro καὶ Ἀφροδίτα, et hoc dorice pro Ἀφροδίτη, hoc est *Venus*.

ODARIVM XXVIII.

Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν *).

ARGVMENTVM.

Pictorem poëta docet, quomodo pingi cupiat formosam amasiam.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριϛε,
γράφε, ζωγράφων ἄριϛε,
Ῥοδίης κάρανε τέχνης,
ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,

ODARIVM XXVIII.

*) Argumento conuenientius hoc odarium inſcripſit Barneſius: Πρὸς τὸν ζωγράφον, περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐρωμένης.

v. 1. ζωγράφος eſt *pictor*. De hoc vocabulo vid. Valckenaer ad Theocriti Adoniaz. pag. 374.

v. 2. γράφειν hoc loco eſt *pingere*. Inde γραμμὴ, *linea*, et γραμμὴν ἑλκύσαι eſt *lineam ducere*, et περιγράφειν *delineare*, hoc eſt, lineis extrema figurae includere. it. γράμματα, *picturae*, Theocrit. *Idyll.* XV, 81. vid. Harleſ. ind. ad Anthol. gr. poët.

v. 3. Ῥοδίης κάρανε τέχνης. Perperam in membranis erat: ῥοδίης κοίρανε τέχνης. Sed cum ῥοδέη τέχνη, *roſea pictura*, inepte dicatur, ſcite Henr. Stephanus emendat Ῥοδίης, *Rhodiae artis*. Nam ſummi tum Rhodi artifices floruerunt. Et pro κοίρανε, quod metro repugnat, Brunckius reponit aptius κάρανε. Eſt autem κάρανος a κάρα, *caput*, et notat *principem*, *magiſtrum*, quod etiam κοίρανος deſignat.

τέχνη eſt hic *ars pictoria*. Rhodios autem picturae periti̇ſſimos fuiſſe oſtendit Plin. *hiſt. nat.* VII, 38. XXXV, 10. cf. Pindar. Olymp. VII, 97. vid. Schumacher comment. II. de Rhodo litterata. (Ienae 1760.) pag. 13. ſqq.

v. 4. ἀπεοῦσαν, *abſentem*: vt ſcilicet abſentiam puellae

γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς

viua eius imagine compensem. εἰπεῖν hoc loco est *describere*, ὡς ἂν εἴπω, *vti describam*.

v. 5. ἑταίρην proprie, vt hic, *amica, amasia*; deinde etiam *meretrix, prostibulum*. Hinc ἑταιρεῖν et ἑταιρίζειν, *se prostituere*. Aelian. *var. hist.* IV, 1. cf. Heusinger ad Plutarch. de educat. liber. pag. 52. vid. supra ad Odar. IV, 15.

v. 6. τὸ πρῶτον, *primum*.

v. 7. ἁπαλὰς pro μαλακὰς, *molles*. vid. supra ad Odar. XXII, 3. et 4.

μελαίνας. Capilli nigri in praecipua venustatis muliebris parte putabantur apud veteres. cf. Franc. Iunius de pictura veterum lib. III. cap. 9. §. 6.

v. 8. ὁ κηρὸς est *cera*. Nam veteres tabulae fiebant ex cera, quae cum coloribus inurebatur; quae pingendi ratio dicebatur encaustica. cf. Plin. *hist. nat.* XXXV, 11. it. Sulzer *Theorie der schönen Künste, artic. Enkaustisch*.

ἂν pro ἐάν. Sensus est: *si per ceram fieri poterit*. Sic etiam Odar. XLIX, 7.

v. 9. μύρου. vid. supra ad Odar. IX, 3.

πνεούσας, *spirantes, olentes*. cf. Odar. IX, 5.

Quum nec molles capilli nec vnguentum spirantes fingi in cera possint, quare tamen illud ab artifice poëta petierit, caussas adfert Lessingius in *Laokoon* pag. 219.

v. 10. ἐξ ὅλης παρειῆς. Praepositio ἐξ hic ponitur pro ἐν, de quo sensu huius particulae vid. Ernesti ad Homer. Iliad. XIX, 375. Et sensus est: *In ea parte, qua gena integra est expicta*. Nam ὅλη παρειὰ hoc loco est *gena integra planeque expicta*, non *plena et vber*, quamque nulla macies obsideat. Iussit enim poëta imaginem obliquam pingi (en profil), non anticam (en fa-

ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις
ἐλεφάντινον μέτωπον.
τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
διάκοπτε, μήτε μίσγε·
ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,

ce). cf. Zeune animadv. ad Anacr. pag. 61.

v. 11. πορφυροῦς, a πορφύρα, *purpura*, h. e. conchae marinae ſpecies, *purpureus*, de colore in ſuo quoque genere eximio et pulcro et ſplendente dicitur. Sic Bion *Idyll.* VIII, 19. ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῆς, *flos niueis ſplendeſcebat genis.* Ita etiam Virg. *Ecl.* IX, 40. *ver purpureum* et apud Ouid. *nix purpurea* dicitur. In ſpecie colorem *nigricantem* denotat, quoniam purpureus color habet aliquid fuſci et ſubnigri. Hinc altum mare Homer. *Iliad.* I, 482. κῦμα πορφύρεον, et Virgil. *Georg.* IV, 373. *mare purpureum* appellatur. Etiam mors Homer. *Iliad.* V, 83. πορφύρεος θάνατος vocatur. cf. Harleſ. ad *Anthol. gr. poët.* pag. 20. ſq.

χαίτη eſt *coma.* vid. ad Odar. III, 21. πορφυραῖ χαῖται ſunt *comae nigrae*, quae v. 7. μέλαιναι dicuntur.

v. 12. ἐλεφάντινος, *eburneus*, ab ἐλέφας, *elephantus*, deinde *ebur.* Eſt etiam *ſplendidus*, vt h. l. et Odar. XXIX, 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, omninoque *pulcher.* Heſych. ἐλεφάντινα· λευκά. Sic etiam apud Ouid. *Heroid.* XX, 57. *ceruix eburnea* occurrit, et Amor. III, 7. *brachia eburnea.*

v. 13. μεσόφρυον eſt *ſpatium ſuperciliis interiectum.* Nam ὀφρὺς eſt *ſupercilium*, et μεσόφρυς eſt is, *qui ſupercilia ſeiuncta habet*, vti σύνοφρυς v. 16. *cui ſupercilia cohaerent*, id quod in parte pulcritudinis ponitur. Pollux II, 49. μεσόφρυον δὲ, τῶν ὀφρύων τὸ μέσον, ὃ καὶ μετώπιον ὠνόμαζον.

v. 14. διακόπτειν, *diſcindere, diſcerpere*: μίσγειν, *miſcere.* Senſus eſt: *ſupercilia nec nimium diſtent inuicem, nec plane coëant.* Quod duobus verſibus proxime ſequentibus explicatur. cf. Leſſing *Laokoon* pag. 202.

v. 15. ἐχέτω, h. e. *referat, exhibeat.*

τὸ λεληθότως σύνοφρυν
βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.

ὅπως ἐκείνη, scil. ἑταίρῃ, subaudi ἔχει.

v. 16. λεληθότως, aduerbium, vim habet adiectiui, ita vt ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τὸ λεληθότως (nam sic articulum aduerbio annectendum censeo cum Stephano) σύνοφρυν idem sit, atque ἐχέτω τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας.

σύνοφρυς, *supercilia coniuncta habens*; vnde συνοφρυοῦσθαι, *supercilia contrahere.*

v. 17. ἴτυς est *ora extrema* cuiusque rei circumferentiam habentis; e. c. ora clypeorum, rotarum, nauium et similium. cf. Hesiod. Ἀσπ. 314. Hesych. ἴτυς· ἡ ἐσχάτη ἁψὶς, ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. Sed βλέφαρον est *palpebra*. βλεφάρων ἴτυς ergo est elegans circumlocutio *superciliorum.*

κελαινὸς est *niger*. Hesych. κελαινή· μέλαινα.

v. 18. βλέμμα, *adspectus*, hic vero *oculus.*

νῦν refertur ad τὸ πρῶτον v. 6. *nunc deinceps.*

ἀληθῶς, *accurate*, vt ne in minima quidem parte a praescripto recedas; vt ad vnguem exemplum exprimas ac referas.

v. 19. ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ardentes*, *argutos*, *radiantes oculos.*

v. 20. γλαυκὸς, *caesius*, *caeruleus*, cuiusmodi oculos Mineruae tribuebant veteres. Hinc apud Homer. *Iliad.* I, 206. et saepius γλαυκῶπις Ἀθήνη vocatur; vbi Pseudodidymus: γλαυκῶπις· ἡ γλαυκόφθαλμος· ἢ γλαυκοὺς καὶ καταπληκτικοὺς ὦπας ἔχουσα. cf. Theocrit. *Idyll.* X, 25. Deinde etiam γλαυκὸς est *terribilis*. Hesych. γλαυκή· ἰσχυρὰ, φοβερὰ, λευκή.

v. 21. ὑγρὸς proprie est *humidus*, deinde *lubricus*, *mollis*, *flexibilis*. ὑγρὸν βλέμμα est ergo idem, quod apud Alciphron. I. ep. 28. τακερὸν βλέμμα, apud Iuuenalem *tremens*,

γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,
προκαλούμενον φίλημα.
τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου

apud Persium *patruus oculus* dicitur: oculus lasciuus, et mobilis et natans et quadam quasi voluptate suffusus, et limus et venereus, vt ait. Quinctil. XI, 3. cf. Lamb. Bos animadv. ad scriptt. gr. pag. 46. sq. et Winkelmann *Geschichte der Kunst* pag. 301. Sensus est: *Oculi sint partim graues quasique terribiles, partim lasciue mobiles et amabiles; liebreizend und schmachtend.*

v. 22. et 23. *Pinge nasum et genas candidas roseo colore suffusas.* cf. Bion I, 27. Propert. II. el. 2. 19. vid. Harles. ad Anthol. gr. poët. pag. 24.* Caeterum de grata coloris albi et rubri mixtura, in parte venustatis praecipua habita, vberius exposuit Doruillius ad Charit. pag. 161.

v. 24. χεῖλος, *labium.*

οἷα adiectiuum in neutro pluralis pro aduerbio οἷον, *instar*, vti supra Odar. IV, 7. 13. vbi vid. quae annotauimus. Sic Odar. V, 5. ἁβρὰ pro ἁβρῶς et v. 12. μάταια pro ματαίως.

Πειθοῦς. vid. quae ad Odar. XXII, 6. diximus. Quidquid enim vim alliciendi habet, ei tribuitur Πειθώ. In primis Suadela fingebatur nuptiis praeesse et Gratias comitari. Sensus est: *labia sint ridentia et ita suauia, vt ad oscula inuitent.* cf. Faber ad h. l. et Klotzii *lect. Venus.* pag. 187.

v. 25. προκαλοῦμαι, *pellicio, inuito.*

φίλημα. vid. supra ad Odar. VIII, 11.

v. 26. τρυφερὸς, a θρύπτειν, *frangere*, est *tener*, *mollis.* Hesych. τρυφερός· νέος, ἁπαλός.

γένειον et γένυς *mentum*; et τρυφερὸν γένειον, *mentum delicatum.* ἔσω γενείου, *intra mentum*, significat, quod Zeunio l. c. pag. 64. placet, inferiorem partem menti, quae versus collum porrigitur. cf. Lessing. *Laokoon* pag. 218.

περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
ςόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
ὑποπορφύροισι πέπλοις·
διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

v. 27. περὶ, *circum*, *in*.

λυγδίνῳ a Λύγδος, locus in insula Paro, vnde marmor candidissimum et splendidissimum effodiebatur. Inde marmor Parium siue Lygdinum dicitur. cf. Plin. *hist. nat.* XXXVI, 8. et Olearius *ad Philostrat.* pag. 762. Ergo λύγδινος τράχηλος est *collum candidum*.

v. 28. Χάριτες. vid. supra ad Odar. V, 11.

v. 29. ςολίζειν, *amicire*, *ornare*, a ςολὴ, quae de toto corporis ornatu dicitur.

. τὸ λοιπὸν, plenius κατὰ τὸ λοιπὸν, *ceterum*.

v. 30. πέπλος hic non est *flammeum*, sed longa et exterior vestis muliebris, quae alias ςολὴ vocatur, et supra Odar. XX, 7. χιτὼν, de cuius figura vid. Winkelmann *Gesch. der Kunst* Tom. I. pag. 200.

ὑποπορφύροισι, *subpurpureis*. Hunc colorem propterea praecipit poeta artifici, quod purpureo dilutior est et aptior ad alios colores transmittendos. cf. Bergler. ad *Alciphr.* pag. 160. De veste Coa, tenui admodum ac pellucida, accipiendum. cf. Plin. *hist. nat.* XXXV, 9. et Aelian. *var. hist.* IV, 3. cf. Zeune l. c. pag. 64.

v. 32. ἐλέγχειν hic est *prodere*, *indicare*, *ostendere*. cf. Horat. 1. od. IX, 21.

v. 33. ἀπέχει, *satis est*. cf. Marc. XIV, 41. de qua notione huius verbi vid. Stephanus *de idiom. dialecti Atticae* pag. 199. Hesych. ἀπέχει· ἀπέχρη, ἐξαρκεῖ. cf. Schneider l. c. pag. 235. sq.

v. 34. τάχα, *mox*.

λαλήσεις. cf. Ouid. *Heroid.* XIII, 155.

κεκερασμένον γαλήνῃ,
τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης,
ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
ῥοδίνην δ', ὁποῖα μῆλον,
χνοΐην ποίει παρειήν·
ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς

v. 13. γαλήνη proprie eſt *unda placida*, vel *tranquillitas maris*. cf. infra Od. XXXVII, 3. 4. et Euripid. in *Oreſte* 281. Deinde eſt *hilaritas*, *animi ſerenitas*, *vultus ſerenus*, vt h. l.

κεκερασμένον, vſitatius eſt κεκραμένον.

v. 14. ἕλκον, *capiens*, *ſumens*.

τὸ μὲν — τὸ δὲ — *illud* — *hoc*. cf. infra ad Odar. XXXIII, 8. 9.

v. 16. Particulae τὸ μὲν — τὸ δὲ hic notant *partim* — *partim*.

φοβῆται, *ſe terreat*, id eſt, *timeat*. cf. Kuſter. *de verbis mediis* pag. 168. et ibi Clericus et Wolle.

v. 17. κρεμάω eſt *ſuſpendo*, et in paſſiuo *pendeo*. ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶσθαι, *ſpe ſuſpendi*, *haerere*, eſt ſpem quidem habere, ſed dubiam atque incertam.

v. 18. ὁποῖα, adiectiuum in neutro plur. pro aduerbio ὁποῖον, vel ὅπως, vti ſupra Odar. XXVIII, 24. οἷα pro οἷον. vid. ad Odar. IV, 7. 13.

μῆλον eſt *malum Cydonium*, *Quitte*, ab vrbe Cydone in Creta inſula. vid. Heyne ad Virgil. *Eclog.* II, 51. Verba ὁποῖα μῆλον coniungenda ſunt cum nomine χνοΐην.

v. 19. χνόϊος, *lanuginoſus*, a χνοῦς, *lanugo*. Ordo verborum eſt: ῥοδίνην δὲ παρειὴν ποίει χνοΐην, ὁποῖα μῆλον· *facito*, *vt eius genae*, *quae roſae colorem referunt*, *lanuginoſae ſint*, *vti malum Cydonium*.

v. 20. ἐρύθημα eſt *rubor*. Turbatum verborum ordinem ſic commode inſtaurat Fiſcherus: ποίησον, ὡς ἂν δύνασαι,

δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
τὸ δὲ χεῖλος, οὐκ ἔτ' οἶδα;
τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις
ἁπαλὸν, γέμον τε πειθοῦς.
τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
μετὰ δὲ πρόσωπον ἔστω
τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
ἐλεφάντινος τράχηλος.

βαλεῖν ἐρύθημα αἰδοῦς· fac, quantum poteris, vt gena emittat ruborem verecundum. Nam βαλεῖν hic est *emittere*. Sic Sophocl. *Antig.* 412. ὀσμὴν βάλλειν, *odorem emittere, spargere.* cf. Homer. *Odyss.* V, 479. ὡς hic positum est pro ὅσον. ὡς ἂν δ. ergo est, *quantum in te erit, quantum poteris.*

αἰδὼς, *pudor, verecundia.*

v. 24. γέμον τε πειθοῦς. Sunt enim suadae sedes labia. γέμειν, *plenum esse.* χεῖλος ἁπαλὸν γέμον τε πειθοῦς est idem, quod Odar. XXVIII, 24. χεῖλος, οἷα Πειθοῦς, προκαλούμενον φίλημα, *labium molle ac dulce ad oscula suauiter inuitans.*

v. 25. τὸ δὲ πᾶν, *vno verbo, denique, omnino.*

v. 26. λαλῶν σιωπῇ. Oxymoron. Sensus est: *ita pinge labia, vt, dum quiescunt et tacent, loquantur.* ἐχέτω λαλῶν dicitur pro λαλείτω. cf. Fischer animaduerss. ad Weller. pag. 341.

v. 27. μετὰ, *prope.*

πρόσωπον complectitur partes oris ante commemoratas, scilicet frontem, supercilia, oculos, genas, labium.

v. 28. παρέρχεσθαι proprie est *praeterire*, deinde, vt hic, *vincere, superare.* Sic Homer. *Odyss.* V, 291. ὅς σε παρέλθοι ἐν πάντεσσι δόλοισι.

v. 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, *collum Adonidis eburneum*, hoc est, *candidum et splendidum.* vid. ad Odar. XXVIII, 12. et 27. Sensus est: *ad faciem iungas collum eburneum splendore Adonidis collum superans.*

εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
θανεῖν με δεῖ, κᾂν μὴ θέλω.
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
πίωμεν σὺν τὸν οἶνον
τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου.
σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

pro πίνω substituit. cf. infra Odar. XXVII, 3. L, 10. LII, 11.

v. 2. εὕδουσιν, *dormiunt*, i. e. *quiescunt*, *cessant*, *non amplius vexant et vrgent.*

μέριμναι sunt *sollicitudines*, *curae anxiae* atque *edaces*. vid. ad Odar. XXIV, 5.

v. 3. πόνος dicitur de *labore*, *qui corpus adficit et lassum facit*. πόνοι sunt *adflictiones animi et dolores*. γόος, *lamentum*. cf. Odar. XXIII, 9.

v. 5. Degen emendationem hominis doctissimi in ephemeridd. litter. Lips. a. 1781. n. 81. recepit: κᾂν μοι μέλῃ, θανεῖν δεῖ· eo quod versu praecedenti maxime commendetur. Sed ea sequenti versu minus commenderi videtur. Verius itaque duco cum Pavo, versus a 3. vsque ad 6. a librario esse transpositos et ita locandos:

τί μοι πόνων, τί γόων μοι,
τί μοι μέλει μεριμνῶν;
τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
θανεῖν με δεῖ, κᾂν μὴ θέλω.

v. 6. πλανᾶν proprie est *a recta via abducere*, h. e. *errare facere*. πλανᾶσθαι, *pati se a via abduci*, h. e. *vagari*. vid. supra ad Odar. III, 13. Sed πλανᾶσθαι τὸν βίον est *vitam curis*, *negotiis*, *laboribus consumere*. vid. Zeune anim. p. 58.

v. 7. Poëta iam sodales adloquitur.

v. 8. τοῦ καλοῦ Λυαίου. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 9. σὺν τῷ δὲ πίνειν, *bibendo autem.*

v. 10. εὕδουσιν. vid. ad v. 2.

Totius huius odarii argumentum breuissime hoc disti-

ODARIVM XXVI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Vino curis soluti beamur.

Ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ,
εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου
θέλω καλῶς ἀείδειν·
κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.

cho comprehendit Ouid. *de arte am.* I, 237. ſq.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo diluiturque mero.

ODARIVM XXVI.

v. 1. ὁ Βάκχος hic eſt *vinum.* vid. ad Odar. XIII, 9. Ergo ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ eſt, *quando vinum bibo.*

v. 2. εὕδουσιν. vid. ad Odar. XXV, 2.

v. 3. Senſus eſt: *videor mihi praediues eſſe.* Nam τὰ Κροίσου, hoc eſt τὰ Κροίσου χρήματα, *opes et diuitiae Croeſi,* Lydorum regis opulentiſſimi, ſunt *maximae et inſignes diuitiae.*

v. 4. θέλω καλῶς ἀείδειν, *volo pulcre, dulce canere*, hoc eſt, *delector hymnis ſuauibus.*

v. 5. κισσοστεφὴς, a κισσὸς, *hedera,* et στέφειν, *cingere,* eſt *hedera cinctus tempora, hedera coronatus.* Nam *hedera* fuit Baccho ſacra. vid. ſupra ad Odar. VI, 5.

κεῖμαι, *ſtratus iaceo,* apte de potatore dicitur.

v. 6. πατεῖν θυμῷ, *animo calcare*, id eſt, *ſpernere, contemnere.* Sic πατεῖσθαι Odar. XLVI, 6. ſimpliciter eſt *ſperni, flocci fieri.* Suid. πατήσας· καταφρονήσας.

ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
φέρ' ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ.
μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

ODARIVM XXVII.

Εἰς Διόνυσον.

ARGVMENTVM.

Gestientis laetitiae fons vberrimus vinum.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος

v. 7. Quamquam ὁπλίζειν non solum de armis, sed de omni apparatu dicitur, v. c. Homer. *Odyss.* IV, 429. 574. tamen contextus non patitur, poetam hic puerum ministrantem alloqui, vt poculo se et cyatho instruat; potiusque planum est, poëtam se ad amicum conuertere, vt sensus sit: *Tu arma capessas et militiam colas,* vt diuitiis potiare; *ego,* qui haec omnia nihil facio, *bibam.* cf. Zeune animadv. pag. 58. sq.

v. 8. κύπελλον. vid. ad Odar. XVIII, 2.

v. 9. μεθύειν est *large bibere, bibere ad hilaritatem.* vid. ad Odar. VI, 3.

κεῖσθαι. vid. ad v. 5. Elegans ἀντισμός· κεῖσθαι μεθύοντα et κεῖσθαι θανόντα. Nam et mortuorum verbum proprium est κεῖσθαι. Sic Bion *Idyll.* I, 7. κεῖται καλὸς Ἄδωνις, et Tyrtaeus I, 22. vbi vid. Harles. in anthol. gr. poet. pag. 44.

ODARIVM XXVII.

v. 1. παῖς, *filius.* cf. Odar. XX, 3.

ὁ Βάκχος hoc loco *vinum,* vt Odar. XXVI, 1. vid. ad Odar. VIII, 3.

ὁ λυσίφρων, ὁ Λυαῖος,
ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
εἰσέλθῃ μεθυδότας,
διδάσκει με χορεύειν.
ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν
ὁ τᾶς μέθας ἐρατάς·
μετὰ κρότων, μετ᾽ ᾠδᾶς
τέρπει με κ᾽ Ἀφροδίτα,
καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

v. 2. λυσίφρων, a λύειν, *solvere*, et φρὴν, *qui mentem relaxat*, *laetitiae dator*, exquisitum Bacchi epitheton. Cui contrarium est ἐχέφρων, qui mentem, qui cupidines freno continet et coërcet, h. e. *castus*.

ὁ Λυαῖος, cognomen Bacchi. vid. ad Odar. VI, 13.

v. 3. Sensus est: *Quum vinum, quod large bibi, caput petit*.

v. 4. μεθυδότας dorice pro μεθυδότης, *vini dator*, vel *ebrietatis auctor*, a μέθυ, *vinum*, est epitheton Bacchi. Tibull. II, 3. 35. iucundae *consitor uvae*.

v. 5. cf. supra ad Odar. XIII, 12.

v. 6. καὶ vim augendi habet. ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν, *atque adeo intus in animo iucundi quid*, quo perfundar, *percipio*, hoc est, *dici non potest*, *quantopere oblecter*, *quanta me perfusum voluptate sentiam*.

v. 7. ὁ τᾶς μέθας ἐρατὰς dorice pro ὁ τῆς μέθης ἐραστής. Sed μέθη est *ebrietas*, hilaritas ex vino. vid. supra ad Odar. VI, 3. ἐραστὴς, *amator*, ab ἐρᾶν. *Qui libenter bibit vinum*, hoc est, *ego*.

v. 8. μετὰ *cum*, vel *inter*.

κρότος h. l. *saltatio*. cf. Arnald. animaduerss. pag. 20. sqq.

v. 9. τέρπειν, *delectare*, *oblectare*, *demulcere*.

κ᾽ Ἀφροδίτα pro καὶ Ἀφροδίτα, et hoc dorice pro Ἀφροδίτη, hoc est *Venus*.

ODARIVM XXVIII.

Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν *).

ARGVMENTVM.

Pictorem poëta docet, quomodo pingi cupiat formosam amasiam.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
γράφε, ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κάρανε τέχνης,
ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,

ODARIVM XXVIII.

*) Argumento conuenientius hoc odarium inscripsit Barnesius: Πρὸς τὸν ζωγράφον, περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐρωμένης.

v. 1. ζωγράφος est *pictor.* De hoc vocabulo vid. Valckenaer ad Theocriti Adoniaz, pag. 374.

v. 2. γράφειν hoc loco est *pingere.* Inde γραμμὴ, *linea,* et γραμμὴν ἑλκύσαι est *lineam ducere,* et περιγράφειν *delineare,* hoc est, lineis extrema figurae includere. It. γράμματα, *picturae,* Theocrit. *Idyll.* XV, 81. vid. Harles. ind. ad Anthol. gr. poër.

v. 3. Ῥοδίης κάρανε τέχνης. Perperam in membranis erat: ῥοδέης κοίρανε τέχνης. Sed cum ῥοδέη τέχνη, *rosea pictura,* inepte dicatur, scite Henr. Stephanus emendat Ῥοδίης, *Rhodiae artis.* Nam summi tum Rhodi artifices floruerunt. Et pro κοίρανε, quod metro repugnat, Brunckius reponit aptius κάρανε. Est autem κάρανος a κάρα, *caput,* et notat *principem, magistrum,* quod etiam κοίρανος designat.

τέχνη est hic *ars pictoria.* Rhodios autem picturae peritissimos fuisse ostendit Plin. *hist. nat.* VII, 38. XXXV, 10. cf. Pindar. Olymp. VII, 97. vid. Schumacher comment. II, de Rhodo litterata. (Ienae 1760.) pag. 13. sqq.

v. 4. ἀπεοῦσαν, *absentem:* vt scilicet absentiam puellae

γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς

viua eius imagine compensem. εἰπεῖν hoc loco est *describere*, ὡς ἂν εἴπω, *vti describam*.

v. 5. ἑταίρη proprie, vt hic, *amica, amasia;* deinde etiam *meretrix, prostibulum.* Hinc ἑταιρεῖν et ἑταιρίζειν, *se prostituere*. Aelian. *var. hist.* IV, 1. cf. Heusinger ad Plutarch. de educat. liber. pag. 52. vid. supra ad Odar. IV, 15.

v. 6. τὸ πρῶτον, *primum.*

v. 7. ἁπαλὰς pro μαλακὰς, *molles*. vid. supra ad Odar. XXII, 3. et 4.

μελαίνας. Capilli nigri in praecipua venustatis muliebris parte putabantur apud veteres. cf. Franc. Iunius de pictura veterum lib. III. cap. 9. §. 6.

v. 8. ὁ κηρὸς est *cera*. Nam veteres tabulae fiebant ex cera, quae cum coloribus inurebatur; quae pingendi ratio dicebatur encaustica. cf. Plin. *hist. nat.* XXXV, 11. it. Sulzer *Theorie der schönen Künste*, *artic. Enkaustisch.*

ἂν pro ἐάν. Sensus est: *si per ceram fieri poterit*. Sic etiam Odar. XLIX, 7.

v. 9. μύρου. vid. supra ad Odar. IX, 3.

πνεούσας, *spirantes, olentes*. cf. Odar. IX, 5.

Quum nec molles capilli nec vnguentum spirantes fingi in cera possint, quare tamen illud ab artifice poëta petierit, caussas adfert Lessingius in *Laokoon* pag. 219.

v. 10. ἐξ ὅλης παρειῆς. Praepositio ἐξ hic ponitur pro ἐν de quo sensu huius particulae vid. Ernesti ad Homer. Iliad. XIX, 375. Et sensus est: *In ea parte, qua gena integra est expicta*. Nam ὅλη παρειὰ hoc loco est *gena integra planeque expicta*, non *plena et vber*, quamque nulla macies obsideat. Iussit enim poëta imaginem obliquam pingi (en profil), non anticam (en fa-

ὑπὸ πορφυραῖσι χαίταις
ἐλεφάντινον μέτωπον.
τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
διάκοπτε, μήτε μίσγε·
ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,

ce). cf. Zeune animadv. ad Anacr. pag. 61.

v. 11. πορφυροῦς, a πορφύρα, *purpura*, h. e. conchae marinae species, *purpureus*, de colore in suo quoque genere eximio et pulcro et splendente dicitur. Sic Bion *Idyll.* VIII, 19. ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῆς, *flos niueis splendescebat genis.* Ita etiam Virg. *Ecl.* IX, 40. *ver purpureum* et apud Ouid. *nix purpurea* dicitur. In specie colorem *nigricantem* denotat, quoniam purpureus color habet aliquid fusci et subnigri. Hinc altum mare Homer. *Iliad.* I, 482. κῦμα πορφύρεον, et Virgil. *Georg.* IV, 373. *mare purpureum* appellatur. Etiam mors Homer. *Iliad.* V, 83. πορφύρεος θάνατος vocatur. cf. Harlef. ad *Anthol. gr. poët.* pag. 20. sq.

χαίτη est *coma.* vid. ad Odar. III, 21. πορφυραῖ χαῖται sunt *comae nigrae*, quae v. 7. μέλαιναι dicuntur.

v. 12. ἐλεφάντινος, *eburneus*, ab ἐλέφας, *elephantus*, deinde *ebur.* Est etiam *splendidus*, vt h. l. et Odar. XXIX, 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, omninoque *pulcher.* Hesych. ἐλεφάντινα· λευκά. Sic etiam apud Ouid. *Heroid.* XX, 57. *ceruix eburnea* occurrit, et Amor. III, 7. *brachia eburnea.*

v. 13. μεσόφρυον est *spatium superciliis interiectum.* Nam ὀφρύς est *supercilium*, et μεσόφρυς est is, *qui supercilia seiuncta habet*, vti σύνοφρυς v. 16. *cui supercilia cohaerent*, id quod in parte pulcritudinis ponitur. Pollux II, 49. μεσόφρυον δὲ, τῶν ὀφρύων τὸ μέσον, ὃ καὶ μετώπιον ὠνόμαζον.

v. 14. διακόπτειν, *discindere, discerpere*: μίσγειν, *miscere.* Sensus est: *supercilia nec nimium distent inuicem, nec plane coëant.* Quod duobus versibus proxime sequentibus explicatur. cf. Lessing *Laokoon* pag. 202.

v. 15. ἐχέτω, h. e. *referat, exhibeat.*

τὸ λεληθότως σύνοφρυν
βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
ἅμα δ᾽ ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.

ὅπως ἐκείνη, scil. ἑταίρη, subaudi ἔχει.

v. 16. *λεληθότως*, aduerbium, vim habet adiectiui, ita vt ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τὸ λεληθότως (nam sic articulum aduerbio annectendum censeo cum Stephano) σύνοφρυν idem sit, atque ἐχέτω τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας.

σύνοφρυς, *supercilia coniuncta habens*; vnde συνοφρυοῦσθαι, *supercilia contrahere.*

v. 17. ἴτυς est *ora extrema* cuiusque rei circumferentiam habentis; e. c. ora clypeorum, rotarum, nauium et similium. cf. Hesiod. Ἀσπ. 314. Hesych. ἴτυς· ἡ ἐσχάτη ἀψὶς, ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος καὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. Sed βλέφαρον est *palpebra*. βλεφάρων ἴτυς ergo est elegans circumlocutio *superciliorum.*

κελαινὸς est *niger*. Hesych. κελαινή· μέλαινα.

v. 18. βλέμμα, *adspectus*, hic vero *oculus*.

νῦν refertur ad τὸ πρῶτον v. 6. *nunc deinceps*.

ἀληθῶς, *accurate*, vt ne in minima quidem parte a praescripto recedas; vt ad vnguem exemplum exprimas ac referas.

v. 19. ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ardentes, argutos, radiantes oculos.*

v. 20. γλαυκὸς, *caesius, caeruleus*, cuiusmodi oculos Mineruae tribuebant veteres. Hinc apud Homer. *Iliad.* I, 206. et saepius γλαυκῶπις Ἀθήνη vocatur; vbi Pseudodidymus: γλαυκῶπις· ἡ γλαυκόφθαλμος· ἢ γλαυκοὺς καὶ καταπληκτικοὺς ὦπας ἔχουσα. cf. Theocrit. *Idyll.* X, 25. Deinde etiam γλαυκὸς est *terribilis*. Hesych. γλαυκή· ἰσχυρὰ, φοβερὰ, λευκή.

v. 21. ὑγρὸς proprie est *humidus*, deinde *lubricus, mollis, flexibilis*. ὑγρὸν βλέμμα est ergo idem, quod apud Alciphron. I. ep. 28. τακερὸν βλέμμα, apud Iuuenalem *tremens*,

γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς,
ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,
προκαλούμενον φίλημα.
τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου

apud Perſium *patrans oculus* dicitur: oculus laſciuus et mobilis et natans et quadam quaſi voluptate ſuffuſus, et limus et venereus, vt ait Quinctil. XI, 3. cf. Lamb. Bos animadv. ad ſcriptt. gr. pag. 46. ſq. et Winkelmann *Geſchichte der Kunſt* pag. 301. Senſus eſt: *Oculi ſint partim graues quaſique terribiles, partim laſciue mobiles et amabiles; liebreizend und ſchmachtend.*

v. 22. et 23. *Pinge naſum et genas candidas roſeo colore ſuffuſas.* cf. Bion I, 27. Propert. II. el. 2. 19. vid. Harleſ. ad Anthol. gr. poët. pag. 24. Caeterum de grata coloris albi et rubri mixtura, in parte venuſtatis praecipua habita, vberius expoſuit Doruillius ad Charit. pag. 161.

v. 24. χεῖλος, *labium.*

οἷα adiectiuum in neutro pluralis pro aduerbio οἷον, *inſtar*, vti ſupra Odar. IV, 7. 13. vbi vid. quae annotauimus. Sic Odar. V, 5. ἁβρὰ pro ἁβρῶς et v. 12. μάταια pro ματαίως.

Πειθοῦς. vid. quae ad Odar. XXII, 6. diximus. Quidquid enim vim alliciendi habet, ei tribuitur Πειθώ. In primis Suadela fingebatur nuptiis praeeſſe et Gratias comitari. Senſus eſt: *labia ſint ridentia et ita ſuauia, vt ad oſcula inuitent.* cf. Faber ad h. l. et Klotzii *lect. Venuſ.* pag. 187.

v. 25. προκαλοῦμαι, *pellicio, inuito.*

φίλημα. vid. ſupra ad Odar. VIII, 11.

v. 26. τρυφερὸς, a θρύπτειν, *frangere*, eſt *tener, mollis.* Heſych. τρυφερός· νέος, ἁπαλός.

γένειον et γένυς *mentum;* et τρυφερὸν γένειον, *mentum delicatum.* ἔσω γενείου, *intra mentum*, ſignificat, quod Zeunio l. c. pag. 64. placet, inferiorem partem menti, quae verſus collum porrigitur. cf. Leſſing. *Laokoon* pag. 218.

περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
ςόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
ὑποπορφύροισι πέπλοις·
διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
ὀλίγον, τὸ σῶμ᾽ ἐλέγχον.
ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

v. 27. περὶ, *circum*, *in*.

λυγδίνῳ a Λύγδος, locus in insula Paro, vnde marmor candidissimum et splendidissimum effodiebatur. Inde marmor Parium siue Lygdinum dicitur. cf. Plin. *hist. nat.* XXXVI, 8. et Olearius *ad Philostrat.* pag. 762. Ergo λύγδινος τράχηλος est *collum candidum*.

v. 28. Χάριτες. vid. supra ad Odar. V, 11.

v. 29. ςολίζειν, *amicire*, *ornare*, a ςολὴ, quae de toto corporis ornatu dicitur.

. τὸ λοιπὸν, plenius κατὰ τὸ λοιπὸν, *ceterum*.

v. 30. πέπλος hic non est *flammeum*, sed longa et exterior vestis muliebris, quae alias ςολὴ vocatur, et supra Odar. XX, 7. χιτὼν, de cuius figura vid. Winkelmann *Gesch. der Kunst* Tom. I. pag. 200.

ὑποπορφύροισι, *subpurpureis*. Hunc colorem propterea praecipit poeta artifici, quod purpureo dilutior est et aptior ad alios colores transmittendos. cf. Bergler. ad *Alciphr.* pag. 160. De veste Coa, tenui admodum ac pellucida, accipiendum. cf. Plin. *hist. nat.* XXXV, 9. et Aelian. *var. hist.* IV, 3. cf. Zeune l. c. pag. 64.

v. 32. ἐλέγχειν hic est *prodere*, *indicare*, *ostendere*. cf. Horat. 1. od. IX, 21.

v. 33. ἀπέχει, *satis est*. cf. Marc. XIV, 41. de qua notione huius verbi vid. Stephanus *de idiom. dialecti Atticae* pag. 199. Hesych. ἀπέχει· ἀπέχρη, ἐξαρκεῖ. cf. Schneider l. c. pag. 235. sq.

v. 34. τάχα, *mox*.

λαλήσεις. cf. Ouid. *Heroid.* XIII, 155.

ODARIVM XXIX.

Εἰς Βάθυλλον.

ARGVMENTVM.

Exemplum formositatis virilis in Bathyllo suo poëta exponit artifici.

Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω,
τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
λιπαρὰς κόμας ποίησον,
τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας·

Crede mihi, plus est, quam quod videatur, imago:
Adde sonum cerae, Protesilaus erit.

vid. Schneider l. c. p. 237. sqq.

ODARIVM XXIX.

v. 1. γράφε. vid. ad Odar. XXVIII, 2.

Βάθυλλον. cf. supra ad Odar. IX, 8. et XII, 10.

v. 2. ἑταῖρον. vid. ad Odar. XXVIII, 5. *amasium.*

διδάσκω. Supra Odario XXVIII, 4. erat ὡς ἂν εἴπω.

v. 3. λιπαρὸς, *splendidus,* h. l. idem est, quod Odar. XXVIII, 9. μύρου πνεούσας, *unguentis delibutus.* Hesych. λιπαρὸν· στίλβον, εὐόδμεν. Sic *comae nitidae* Ouid. *Heroid.* XXI, 166. et *nitidum caput* Horat. 1. od. IV, 9.

v. 4. τὰ μὲν ἔνδοθεν, *intrinsecus*, h. e. *a radicibus.*

μελαίνας et v. 11. κυανωτέρη idem est, quod Odar. XXVIII, 11. πορφυραῖσι χαίταις. Color enim in suo quisque genere obscurior dicitur *niger.* Sic etiam apud Latinos *caeruleus, purpureus, nigricans* inuicem permutantur. vid. ad Odar. XXVIII, 11.

v. 5. τὰ δ' ἐς ἄκρον, *extrinsecus*, id est, *ad summum, in extremitate.*

ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
πλοκάμων, ἄτακτα συνθεὶς,
ἄφες, ὡς θέλωσι, κεῖσθαι.
ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
κυανωτέρη δρακόντων.
μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,

ἡλιάω, *solem refero, solis instar candico.* κόμη ἠλιῶσα hic est *coma splendens, flauens.* Homer. Iliad. I, 197. ξανθὴ, it. Odyss. XIII, 399. 431.

v. 6. ἕλικες sunt *cincinni.* Sed πλόκαμοι sunt proprie *crines*, quatenus impliciti sunt et innexi vittis et mitellis. ἕλικες πλοκάμων itaque sunt *capilli crispati et torti.*

ἐλευθέρους, *nullo vinculo collectos, non vinctos.*

v. 7. ἄτακτα pro ἀτάκτως, vt Odar. XXVIII, 4. οἷα pro οἷον. vid. ad Odar. IV, 7. Sed ἀτάκτως est *sine ordine, incomposite.*

v. 8. ὡς θέλωσι, κεῖσθαι, *libere pendere.* His verbis magis explicatur vis vocis ἄτακτα.

v. 9. ἁπαλὸν pro μαλακὸν, *mollem.* vid. supra ad Odar. VII, 10. et VIII, 8. it. XXII, 3. et XXVIII, 7.

δροσώδης, a δρόσος, *ros*, proprie est *tener instar roris.* Sed deinde omnino de *rebus teneris* dicitur, vt h. l. μέτωπον δροσῶδες, *frons tenera.*

v. 10. ὀφρὺς, *supercilium.* vid. ad Odar. XXVIII, 13.

v. 11. κυανωτέρη a κύανος, *cyanus*, flos notissimus. κυάνεος est proprie *caesius, caeruleus, bergblau*; deinde omnino *niger, nigricans.* Hesych. κυάνεος· μέλας, σκοτεινός. cf. Schneider *Anmerk.* pag. 245. sqq. Indicatur hic color e nigro et caeruleo mixtus.

δρακόντων. Sic etiam apud Ouid. *Metam.* XII, 13. *draco* dicitur *caeruleus.*

v. 12. ὄμμα, *oculus*, vox poëtica. cf. Odar. XVI, 7.

γοργὸς est 1) *agilis, volubilis*, 2) *toruus, grauis*, vt h. l. ὄμμα γοργὸν κεκερασμένον γαλήνῃ est *oculus serena grauitate plenus.* cf. Fischer ad h. l.

κεκερασμένον γαλήνῃ,
τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης,
ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
ῥοδίνην δ', ὁποῖα μῆλον,
χνοΐην ποίει παρειήν·
ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς

v. 13. γαλήνη proprie eſt *unda placida*, vel *tranquillitas maris*. cf. infra Od. XXXVII, 3. 4. et Euripid. in *Oreſte* 281. Deinde eſt *hilaritas, animi ſerenitas, vultus ſerenus*, vt h. l.

κεκερασμένον, vſitatius eſt κεκραμένον.

v. 14. ἕλκον, *capiens, ſumens*.

τὸ μὲν — τὸ δὲ — *illud* — *hoc*. cf. infra ad Odar. XXXIII, 8. 9.

v. 16. Particulae τὸ μὲν — τὸ δὲ hic notant *partim* — *partim*.

φοβῆται, *ſe terreat*, id eſt, *timeat*. cf. Kuſter. *de verbis mediis* pag. 168. et ibi Clericus et Wolle.

v. 17. κρεμάω eſt *ſuſpendo*, et in paſſiuo *pendeo*. ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶσθαι, *ſpe ſuſpendi, haerere*, eſt ſpem quidem habere, ſed dubiam atque incertam.

v. 18. ὁποῖα, adiectiuum in neutro plur. pro aduerbio ὁποῖον, vel ὅπως, vti ſupra Odar. XXVIII, 24. οἷα pro οἷον. vid. ad Odar. IV, 7. 13.

μῆλον eſt *malum Cydonium*, *Quitte*, ab vrbe Cydone in Creta inſula. vid. Heyne ad Virgil. *Eclog*. II, 51. Verba ὁποῖα μῆλον coniungenda ſunt cum nomine χνοΐην.

v. 19. χνόϊος, *lanuginoſus*, a χνοῦς, *lanugo*. Ordo verborum eſt: ῥοδίνην δὲ παρειὴν ποίει χνοΐην, ὁποῖα μῆλον· *facito, vt eius genae, quae roſae colorem referunt, lanuginoſae ſint, vti malum Cydonium*.

v. 20. ἐρύθημα eſt *rubor*. Turbatum verborum ordinem ſic commode inſtaurat Fiſcherus: ποίησον, ὡς ἂν δύνασαι,

δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
τὸ δὲ χεῖλος, οὐκ ἔτ' οἶδα;
τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις
ἁπαλὸν, γέμον τε πειθοῦς.
τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
μετὰ δὲ πρόσωπον ἔςω
τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
ἐλεφάντινος τράχηλος.

βαλεῖν ἐρύθημα αἰδοῦς· *fac, quantum poteris, vt gena emittat ruborem verecundum.* Nam βαλεῖν hic eſt *emittere.* Sic Sophocl. *Antig.* 412. ὀσμὴν βάλλειν, *odorem emittere, ſpargere.* cf. Homer. *Odyſſ.* V, 479. ὡς hic poſitum eſt pro. ὅσον. ὡς ἂν ᾖ. ergo eſt, *quantum in te erit, quantum poteris.*

αἰδὼς, *pudor, verecundia.*

v. 24. γέμον τε πειθοῦς. Sunt enim ſuadae ſedes labia. γέμειν, *plenum eſſe.* χεῖλος ἁπαλὸν γέμον τε πειθοῦς eſt idem, quod Odar. XXVIII, 24. χεῖλος, οἷα Πειθοῦς, προκαλούμενον φίλημα, *labium molle ac dulce ad oſcula ſuauiter inuitans.*

v. 25. τὸ δὲ πᾶν, *vno verbo, denique, omnino.*

v. 26. λαλῶν σιωπῇ. Oxymoron. Senſus eſt: *ita pinge labia, vt, dum quieſcunt et tacent, loquantur.* ἐχέτω λαλῶν dicitur pro λαλείτω. cf. Fiſcher animaduerſſ. ad Weller. pag. 341.

v. 27. μετὰ, *prope.*

πρόσωπον complectitur partes oris ante commemoratas, ſcilicet frontem, ſupercilia, oculos, genas, labium.

v. 28. παρέρχεσθαι proprie eſt *praeterire,* deinde, vt hic, *vincere, ſuperare.* Sic Homer. *Odyſſ.* V, 291. ὅς σε παρέλθοι ἐν πάντεσσι δόλοισι.

v. 29. ἐλεφάντινος τράχηλος, *collum Adonidis eburneum,* hoc eſt, *candidum et ſplendidum.* vid. ad Odar. XXVIII, 12. et 27. Senſus eſt: *ad faciem iungas collum eburneum ſplendore Adonidis collum ſuperans.*

μεταμάζιον δὲ ποίει
διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,
Διονυσίην δὲ νηδύν.
ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,

v. 30. μεταμάζιον, proprie est [illegible] pars pectoris, quae inter mammas porrigitur, *Buson.* Est enim a μετὰ, *inter*, et μαζὸς, *mamma*. cf. Homer. *Iliad.* V, 19. Hesych. μεταμάζιον· τὸ μεταξὺ τῶν μαζῶν, ἢ ὑπὲρ τῶν μαζῶν, ἢ τὸ μετὰ μαζῶν. cf. Fischer. ad h. l.

v. 31. Ἑρμῆς, *Hermes*, est Mercurius, cuius manus ob gracilitatem et flexibilitatem valde celebrabantur. Imagines Mercurii vid. in *Pitture antiche d'Ercolano.* Tom. III. tab. 12.

v. 32. Πολυδεύκης est Pollux, qui cum fratre Castore inter formosissimos veterum adolescentes refertur. cf. Montfaucon *antiqu. expliqu.* T. I. P. 2. pag. 304. Is etiam eminuit pugnarum certamine; cf. Homer. *Iliad.* III, 237. et Horat. I. od. XII, 26. Hinc eius femora poëta iubet artificem in depingendo Bathyllo exprimere.

μηρὸς est *femur*. μηροὶ Πολυδεύκεος sunt *femora robusta et pulcra*.

v. 33. νηδὺς est *venter*; Διονυσίη νηδὺς est *venter pulcherrimus*. Nam Bacchus fingebatur adolescens formosissimus. cf. *Pitture antiche d'Ercolano* Tom. II. tab. 16. et Tom. III. tab. 2. Hinc Odar. VI, 13. καλὸς et VIII, 8. ἁπαλὸς dicitur.

v. 34. ὕπερθε, *supra, in superiore parte.* Suidas: ὕπερθε· ἐπάνω.

v. 35. πῦρ, *ignis*, caussa hic pro effecto posita est, scilicet pro *rubore*.

v. 36. αἰδὼς, *pudenda*.

ἀφελὴς, hic idem est, quod ἄτριχος.

Παφίην θέλουσαν ἤδη.
φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
λάβε μισθὸν, ὅσσον εἴπῃς.
τοῦτον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα
καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
ἤν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

v. 37. Παφίη, *Paphia*, eſt Venus, ita dicta a Papho, vrbe Cypri, vbi colebatur. Sed hoc loco ponitur pro *coitu*.

θέλειν hoc loco eſt *appetere*.

v. 38. ἔχειν hic eſt *ſcire*, *tenere*.

φθονερὸς, *inuidioſus*, *malignus*.

v. 39. τὰ νῶτα, pluralis hic eſt pro ſingulari. νῶτον eſt *tergum*.

v. 40. ἀμείνων, *melior*, *aptior*, *praeſtantior*.

v. 41. Senſus eſt: *Quid opus eſt, vt te doceam, quales debeant pedes fieri?* cum hic videam ſignum Apollinis. Ex eo effice Bathylli imaginem. Mercedem dabo, quantam poſtulaueris.

v. 42. λάβε. vid. ſupra ad Odar. X, 7. μισθὸς, *merces*, *praemium*.

v. 43. τοῦτον hic δεικτικῶς poſitum eſt: et per τοῦτον τὸν Ἀπόλλωνα intelligitur *tabula Apollinis*, quam tum in pictoris officina poëta forte conſpexerat.

v. 44. καθελὼν, *dele*, *obrue*, *ſupprime*, *facienda noua imagine Bathylli; refinge in alienam formam, deletis notis, quibus Apollo cognoſcatur*. Ita Fiſcherus. Sed Vulpio (Diuinat. in Diptych. p. LII.) καθελὼν eſt i. q. ἀπεικάσας, *effingens*.

v. 45. ἤν pro ἐάν. *Si quando Samum perueneris.*

ἐς Σάμον. Namque Bathyllus degebat Sami, vbi illi ſtatuam poſuerat Polycrates in templo Iunonis. cf. Iuuenal. *Sat.* XIII, 119.

v. 46. γράφε, *pinge*, ἐκ Βα-

ODARIVM XXX.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Venustissima descriptio Cupidinis a Musis, quas petulanter insectatus erat, capti roseisque catenis vincti.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα
δήσασαι στεφάνοισι
τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,

θύλλου, *secundum Bathylli formam*, φοῖβον, *Apollinem, additis signis, quae sint propria Phoebo.*

ODARIVM XXX.

v. 2. δήσασαι, *vincierunt, ligauerunt.*

στέφανος, a στέφειν, *cingere*, proprie est *corona*, sed h. l. στέφανοι sunt *catenae ex floribus nexae*, vti recte interpretatur Degen in ind. ad Anacr. pag. 201.

v. 3. Κάλλος, *Pulcritudo*, etiam *Decorum*, numen venustatis.

παρέδωκαν, *in potestatem tradiderunt.*

v. 5. ζητεῖ, *conatur.* Hesych. ζητεῖν· βούλεσθαι, Ἀττικοί.

λύτρα φέρουσα pro προσφέρουσα, *adferens.* Manifestum est, poëtam hic respicere ad Homer. Iliad. I, 13. vbi Chryses sacerdos inducitur λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα. Nam quod hic λύτρον est, idem apud Homerum est ἄποινον. Sed λύτρον est *pretium redemtionis*, hoc est, vel res, vel pecunia, qua quis redimit captivum: ἄποινον autem, quasi ἀπόποινον, ab ἀπὸ, et ποινὴ, *satisfactio*, dicitur omne id, quod loco satisfactionis pen-

λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δὲ·
δουλεύειν δεδίδακται.

O D A R I V M XXXI.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Hoc Odario idem illud argumentum continetur, quod supra Odario XIII. subiectum est; hoc ergo videatur.

Ἄφες με, τοὺς θεούς σοι,

ditur, id est, pretium redemtionis.

v. 6. λύσασθαι dicitur is, qui captiuum *redimit*, sed λύειν is, qui *dimittit* captiuum. cf. Lud. Kuster. *de verbis mediis*, et Clark ad Homer. *Iliad.* I, 20.

v. 7. κἂν pro καὶ ἐὰν, *etiamsi, licet.* cf. Odar. IX, 19. et XXXVIII, 3. vid. Harlef. *anthol. gr. poët.* pag. 159.

λύσῃ. vid. ad versum 6. *Etiamsi quis eum missurus sit.*

v. 8. ἔξεισι, praesens significatione futuri. *tamen non egredietur, sed manebit vsque.* cf. Kuster. ad Aristoph. *Plut.* 70.

μένειν et παραμένειν, verba propria de seruis, qui apud dominum suum perseuerant. vid. supra ad Odar. IX, 20.

v. 9. *Seruire suetus est.*

ODARIVM XXXI.

v. 1. ἄφες με referendum ad πιεῖν, *sine me bibere.*

τοὺς θεούς σοι, subaudi ἐπόμνυμι, *quaeso te per deos.* Illud σοὶ autem, vti μοὶ, saepius abundat. Sic infra Odar. LIX, 5. Ἴθι σοι. cf.

πιεῖν, πιεῖν ἀμυςί·
θέλω, θέλω μανῆναι.
ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε
χ' ὁ λευκόπους Ὀρέςης
τὰς μητέρας κτανόντες.
ἐγὼ δὲ μηδένα κτὰς,
πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,

Homer. *Odyſſ.* III, 369. Orpheus *Argonaut.* 246. Plenius dixit Longus *paſtoral.* IV. σοὶ ἐπόμνυμι τὸν ἐμὸν θεόν. cf. Fiſcher ad h. l.

v. 2. ἀμυςὶ, *vno hauſtu.* vid. ſupra ad Odar. XXI, 2.

v. 3. θέλω μανῆναι, *iuuat me bacchari.* vid. ſupra ad Odar. XIII, 12.

v. 4. ἐμαίνετο, *a Furiis agitatus eſt.* Ἀλκμαίων, Amphiarai ex Eriphyle filius, quam, iuſſus a patre, quem ea prodiderat, vt ad Thebanum bellum proficiſci cogeretur, poſt mortem eius interfecit, et propterea a Furiis exagitatus eſt.

v. 5. χ' pro καί. Barneſius et Lamius ſcribunt χὠ pro καὶ ὁ.

λευκόπους, a λευκὸς, albus, proprie *albos pedes habens,* deinde *pulcher.* Ita Oreſtes propterea dicitur, quod Heroës et Heroinae pedibus paene nudis inceſſerunt. Sic Homer. *Iliad.* I, 208. Iuno λευκώλενος Ἥρη et Thetis ſaepius ἀργυρόπεζα dicitur. Sed Heſychius ἀργυρόπεζα explicat λευκόπους· πέζα γὰρ ὁ πούς· καὶ καλλίπους. vid. ſupra ad Odar. VI, 7.

Ὀρέςης, *Oreſtes,* rex Mycenarum, Agamemnonis ex Clytaemneſtra filius, quae capta amore Aegiſthi, Agamemnonem maritum, illo adiuta, occidit. Sed Oreſtes, vt mortem patris vindicaret, ſororis monitu Electrae, matrem Clytaemneſtram interfecit.

v. 6. κτείνειν, *interficere, necare.*

v. 8. ἐρυθρὸν οἶνον, *vinum rubrum.* Degen vertit *aureum, goldnen Wein.* Quod non neceſſe puto. Caeterum de varia forma vini graeci cf. Aelian. *var. hiſt.* XII. et paſſim Euſtath. ad *Homer. Iliad.*

θέλω, θέλω μανῆναι.
ἐμαίνεθ᾽ Ἡρακλῆς πρὶν
δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
καὶ τόξον Ἰφίτειον.
ἐμαίνετο πρὶν Αἴας
μετ᾽ ἀσπίδος κραδαίνων
τὴν Ἕκτορος μάχαιραν.
ἐγὼ δ᾽ ἔχων κύπελλον

v. 9. θέλω μανῆναι. cf. ad v. 3.

v. 10. Ἡρακλῆς, Iouis ex Alcmena filius.

πρὶν, *olim*, *quondam*.

v. 11. δεινὸς proprie *excellens*, deinde *terribilis*, *dirus*, *horribilis*, vt hic.

κλονῶν, *quatiens*, *quassans*, *concutiens*. Hesych. διακλονῶν· διασείων.

v. 12. τόξον Ἰφίτειον, *arcum Iphiti*. Sed Iphitus fuit rex Elidis in Peloponneso, quem Hercules interfecit, et cuius sagittis etiam in vxores et liberos vsus est. vid. Euripidis Hercules furens.

v. 13. Αἴας, *Aiax Telamonius*, in gladium, quem ipsi post singulare certamen Hector dederat, sponte incubuit. Quod fecit in furorem actus propterea, quod arma Achillis, quae vehementer appeteret, Vlyssi tradita eumque sibi praelatum vidisset. cf. Ouid. Metam. XIII, 1. sqq. et Hygin. *Fab.* 97. 113. 114.

v. 14. ἀσπὶς, *clypeus* Aiacis fuit septemplex, ἑπταβόειος. cf. Homer. *Iliad.* VIII, 303.

κραδαίνων, *vibrans*. Hesychius: κραδαίνει· σείει, τινάσσει. Suidas: κραδαίνων· σείων, δονῶν, σαλεύων.

v. 15. Ἕκτωρ, *Hector*, Troianorum fortissimus, ab Achille interfectus et balteo, quod post certamen singulare ab Aiace acceperat, circa muros Iliacos tractus est.

v. 16. κύπελλον. vid. ad Odar. XVIII, 1.

καὶ ςέμμα τοῦτο χαίταις,
οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν,
θέλω, θέλω μανῆναι.

ODARIVM XXXII.

Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ἔρωτας.

ARGVMENTVM.

Innumeros esse amores suos, poëta demonstrat.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
ἐπίςασαι κατειπεῖν,
εἰ κύματ' οἶδας εὑρεῖν
τὰ τῆς ὅλης θαλάσσης,
σὲ τῶν ἐμῶν ἐρώτων

v. 17. ςέμμα. vid. ad Odar. V, 10.

ODARIVM XXXII.

v. 2. ἐπίςασαι, hoc est, *si possis*.

κατειπεῖν, *dinumerare*.

v. 3. κύματα, *vndae, fluctus*. Fischerus e Doruillii *vanno crit*. pag. 573. locum laudat Luciani *Amor*. pag. 874. Tom. I. Graev. quem ex hoc loco Anacreontis ductum putabat Doruillius, nempe hunc: θᾶττον ἄν μοι — θαλάττης κύματα — ἀριθμήσειας, ἢ τοὺς ἐμοὺς ἔρωτας. Idem etiam locum adfert Aeliani *var. hist*. XIII, 15. vbi de Coecylione quodam dicitur: ὥσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας.

οἶδας, *si possis, si valeas*. v. 2. ἐπίςασαι.

v. 5. ἔρωτες sunt *pueri et*

μόνον ποιῶ λογιϛήν.
πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
ἔρωτας εἴκοσιν θὲς,
καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων·
Ἀχαΐης γάρ ἐϛιν,
ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
τίθει δὲ Λεσβίους μοι,
καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,

puellae formosae, quas poëta fingit ab sese amari.

v. 6. λογιϛὴς hic sensu proprio *calculator*, *computator*. Hesych. λογιϛής· κριτὴς, δοκιμαϛὴς, ἐξεταϛής.

v. 8. θὲς, proprie *pone*, sed hoc loco *tabulae manda*, id est, *numera*. Nam veteres numerare solebant calculis. cf. Homer. Iliad. XIV, 271. vid. Fischeri ind. ad Theophrast.

v. 10. ἐκ Κορίνθου. Corinthum olim fuisse infamem meretricum copia et elegantia, vberius docet Zeune *animaduerss. ad Anacr.* pag. 74.

v. 11. ὁρμαθὸς proprie est corona e cepis et id genus aliis rebus conserta. vid. Clark. ad Homer. *Iliad.* XXIV, 8. Deinde dicitur de *numero* et *multitudine* cuiusuis rei *magna* et *continenti*, vti hoc loco. Ita etiam apud Aristoph. *Plut.* 765. est κριβανιτῶν ὁρμαθὸς et Xenoph. *Cyrop.* VI, 3. 1. ὁρμαθοὶ τῶν ἁμαξῶν.

v. 12. Ἀχαΐης. Achaia erat pars Peloponnesi versus occidentem, quae foeminarum venustate atque elegantia valde celebrabatur. cf. Herodot. III, 134. Inde Homer. Iliad. III, 258. Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα.

v. 13. γυναῖκες. vid. ad Odar. II, 8.

v. 14. Λεσβίους. *Lesbus* erat insula Asiae in Aegaeo mari, nobilis quondam formositate feminarum: inde etiam Sappho fuit oriunda.

v. 15. μέχρι, *usque ad*, hoc est, *additis Ioniis*. cf. Zeune ad Viger. *idiotism.* pag. 409.

καὶ Καρίης Ῥόδου τε,
δισχιλίους ἔρωτας. —
τί φῄς; — ἀεὶ κηρῷ θές.
οὔπω Σύρους ἔλεξα,
οὔπω πόθους Κανώβου,
οὐ τῆς ἅπαντ' ἐχούσης
Κρήτης, ὅπου πόλεσσιν
Ἔρως ἐποργιάζει.

v. 16. Καρίης. *Caria* erat regio Asiae minoris.

Rhodus insula Asiae minoris.

v. 18. τί φῄς; *quid ais?* Sunt verba computatoris, amorum numerum admodum mirantis. Cui poëta respondet: ἀεὶ κηρῷ θές. *perge scribere; usque adde plures.*

κηρὸς hic est *tabula cera inducta*, in quibus scribere veteres solebant.

v. 19. Σύρους. *Syri*, populus Syriae, regionis Euphratem inter et mare mediterraneum, quae valde nobilis fuit foeminarum et venustate et foecunditate.

v. 20. πόθους. πόθοι hic sunt idem, quod v. 5. ἔρωτες, *amores*. Sic etiam Odar. XXXIII, 8. Πόθος dicitur *Amor*, seu *Cupido*. Hinc verbum ποθεῖν subinde denotat *amare*. vid. Perizon. ad Aelian. *var. hist.* III, 42.

Κάνωβος, vel Κάνωπος, fuit oppidum Aegypti situm ad canalem Canobicum, ita nuncupatum a Canobo, Menelai gubernatore, ibi mortuo, distans ab Alexandria stadia centum et viginti: cuius civium luxuries foeminarumque lasciuia fuit enormis. vid. Iablonsky *panth. Aegypt.* lib. V, cap. 4.

v. 22. Κρήτη, *Creta*, hodie *Candia*, insula maris mediterranei. Cretensium effrenata libido fuit, et permagna foeminarum foecunditas. cf. Seruius ad *Virg. Aen.* X, 523. Philostrat. *ep.* 41.

πόλεσσιν, subaudi ἐν.

v. 23. ἐποργιάζει, compositum pro simplici ὀργιάζει. Sed ὀργιάζειν, *sacra celebrare*, proprie de Dionysiis, siue Bac-

τί σοι θέλεις ἀριθμῶ
καὶ τοὺς Γαδείρων ἐκτὸς,
τοὺς Βακτρίων τε κ' Ἰνδῶν,
ψυχῆς ἐμῆς ἔρωτας.

chi mysteriis dicitur. Nam Bacchi sacra dicebantur proprie ὄργια. Sed deinde de cuiusuis dei sacris vsurpatur, vti hoc loco de sacris Amoris:

v. 24. θέλεις ἀριθμῶ. Post θέλεις subaudi ἵνα, *quid tibi vis vt enumerem.* Sic supra Odar. XII, 1. ποιήσω pro ἵνα ποιήσω, it. v. 4. ψαλίξω pro ἵνα ψαλίξω, et v. 7. ἐκθερίξω pro ἵνα ἐκθερίξω. Caeterum similis locus est Ouid. *Amor. eleg.* IV.

Quid tibi foemineos coetus venatibus aptos
Enumerem? numero cedet arena meo.
Non est certa meos quae forma inuitat amores,
Centum sunt caussae, cur ego semper amem.

v. 25. Γάδειρα, lat. *Gades*, hodie *Cadix*, erat insula et vrbs Hispaniae Baeticae in Oceano ad ostium Baetis fluvii. Puellae huius vrbis venustae non modo, verum etiam lasciuae, inprimis a Romanis expetebantur. cf. Plin. l. *ep.* 15. Martial. VI, 21.

v. 26. Βάκτριοι, *Bactri*, populus Asiae, quorum terra a meridie monte Paropamiso, a septemtrione vero flumine Oxo terminabatur. Veteres credebant, orbem terrarum terminari versus occidentem Gadibus, et versus orientem Bactriana et India. Iocatur ergo hic poëta, docens, sibi amores esse non tantum *in terris*, sed etiam *extra eas.*

v. 27. ψυχῆς ἐμῆς, *animi mei*, pro *meos*.

ODARIVM XXXIII.

Εἰς χελιδόνα.

ARGVMENTVM.

Facera comparatio Cupidinis vsque in corde poëtae nidum tenentis, a contrario petita, cum hirundine quotannis aestate redeunte, sed hieme remotiora loca petente.

Σὺ μὲν, φίλη χελιδὼν,
ἐτησίη μολοῦσα,
θέρει πλέκεις καλιήν·
χειμῶνι δ' εἶς ἄφαντος
ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν.

ODARIVM XXXIII.

v. 1. *φίλη, amica,* propter contubernium.

v. 2. *ἐτησίη*, eleganter adiectiuum pro aduerbio *ἐτησίως, quotannis, annis ſingulis.* Heſych. *ἐτήσιον· κατ' ἔτος γινόμενον.*

μολοῦσα, hoc eſt *πορευομένη*. Nam *μολεῖν* eſt verbum poëtis vſitatum et notat *venire, advenire.* cf. Sophocl. *Antig.* 105. et 226. Theocrit. *Idyll.* II, 96. X, 38. Homer. *Iliad.* VII, 286.

v. 3. *θέρος* eſt hic *ver*. Nam *vere* redeunt hirundines. cf. Plin. *hiſt. nat.* X. 34.

πλέκειν hic proprie *conſtruere, nectere, nidum parare.* Heſych. *πλέκει· μηχανᾶται.*

καλιὰ eſt *nidus.*

v. 4. *εἶς, abis,* locum petis remotum.

ἄφαντος, ab adſpectu remotus, ſiue vt ſcopulis ſeſe condat hirundo, ſiue vt terras remotiores et calidiores petat. cf. Heſiod. *Ἔργ.* 566. Martial. V, 67.

v. 5. *ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν*, eſt Zeugma, vti ſupra Odar. IX, 22. *ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς.* Nam praepoſitio, quae priori verbo praeponi deberet, ſaepius ad poſterius

Ἔρως δ᾽ ἀεὶ πλέκει μευ
ἐν καρδίῃ καλιήν.
Πόθος δ᾽ ὁ μὲν πτεροῦται,
ὁ δ᾽ ᾠὸν ἐστιν ἀκμήν,
ὁ δ᾽ ἡμίλεπτος ἤδη.
βοὴ δὲ γίνετ᾽ αἰεὶ
κεχηνότων νεοσσῶν.
Ἐρωτιδεῖς δὲ μικροὺς
οἱ μείζονες τρέφουσιν·

iungitur. vid. quae ibi monuimus. Caeterum 'πὶ est pro ἐπὶ, vti Odar. XXI, 7. 'πικαίει pro ἐπικαίει.

Μέμφις fuit caput Aegypti et regia, sita ad Nilum fluvium.

v. 6. et 7. Sensus est: *Amor altis infixus radicibus animo meo inhaeret.*

v. 8. Πόθος hic est *Amor, Cupido.* vid. supra ad Odar. XXXII, 20. cf. Mosch. *Idyll.* II, 25.

πτεροῦται *plumescit, volucris est, ist flück.*

ὁ μὲν — ὁ δὲ —, *alius — alius —*. vid. supra ad Odar. XVI, 2. et XXIX, 14.

ἀκμὴν proprie est accusativus nominis ἀκμὴ, pro κατ᾽ ἀκμήν. Sed ἀκμὴ est *punctum*, siue *articulus temporis, quo agi debet aliquid.* Ergo ἀκμὴν hic est *adhuc, etiamnunc.* Sensus est: *alius nondum est exclusus.*

v. 10. ἡμίλεπτος, *semiexclusus*, nempe ex ouo, *halb ausgekrochen*, a λέπειν, *decorticare*, quod a λέπος, *cortex.*

v. 11. βοὴ, *clamor*, hic est *clangor, pipitus.*

v. 12. χαίνειν est *os aperire.* Hic κεχηνότες dicuntur pulli, qui appetendi cibi caussa os aperiunt.

νεοσσῶν, scilicet Ἐρώτων. Sensus est: *pipiunt vsque biantes Amores pulli.*

v. 13. Ἐρωτιδεὺς est diminutiuum ab Ἔρως, *Amorculus, Amourette.* cf. Fischer animaduerss. super Welleri grammat. gr. pag. 130. sqq.

μικροὺς additum est, quia sequenti versu est μείζονες.

οἱ δὲ τραφέντες εὐθὺς
πάλιν κύουσιν ἄλλους.
τί μῆχος οὖν γένηται;
οὐ γάρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκτροφῆσαι.

v. 16. κύειν est *parere, foetum edere.* Hesych. κύει· ἐγκύμων ἐστὶ, γεννᾷ.

v. 17. μῆχος, *remedium, consilium*, vocabulum Homero passim vsurpatum. Hesych. μῆχος · μηχανή. Sensus est: *quid faciam? quid consilii capiam? quo me tandem modo expediam?*

v. 18. σθένειν est *posse, valere.*

v. 19. ἐκτρεφῆσαι. Ita ex coniectura Trilleri P. I. *der poët. Beitr.* pag. 516. legendum censeo, pro vulgari isto, quod in membranis est, ἐκβοῆσαι· quod quomodocumque explicaueris, siue per *recensere, enumerare*, siue per *expellere*, siue per *clamando ex corde exigere*, tamen vsque sensus a consilio poëtae et συναφείᾳ textus abhorrebit. Nec vero Scaligeri, Salmasii, Paui, quem Brunckius secutus est, et quas demum Zeunius animaduersf. ad Anacr. p. 76. tentauit, coniecturae aptiorem sensum locoue conuenientiorem dabunt. Sed ἐκτροφῆσαι orationis nexui aptissimum videtur, eo quod in tanta amorum multitudine, qui nidos in pectore poëtae fecerant, sane vatis animum suspensum tenere cogitatio debebat, quomodo is solus tantum amorum numerum capere atque alere et educare posset.

ODARIVM XXXIV.

Εἰς κόρην.

ARGVMENTVM.

Puellam, quae, cum canos in eius capite conspexisset, fugiebat, poëta docet, haud dedecere senem cum teneris puellis se oblectare.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα
τὰν πολιὰν ἔθειραν·
μηδ᾽, ὅτι σοι πάρεστιν
ἀκμαῖον ἄνθος ὥρας,
τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.

ODARIVM XXXIV.

v. 2. τὰν πολιὰν dorice pro τὴν πολιήν. Sed πολιὸς est *canus, candidus*.

Ἔθειρα est *coma, caesaries*. Hesych. Ἔθειρα· κόμη τημελουμένη.

v. 3. πάρεστιν, *in praesens est*.

v. 4. ἄνθος ὥρας, *flos aetatis*, vel potius *iuuentutis*, est ὥρα, *iuuentus*. Sic apud Homer. *hymn. in Mercur*. 375. et Hesiod. *Theog*. 988. est ἄνθος ἥβης. Sed ἀκμαῖον ἄνθος ὥρας est *florens et vigens iuuentus*. Nam ἀκμαῖος est *vigens, vegetus*, ab ἀκμὴ, quod proprie *cuspidem* notat, deinde etiam omnino *quidquid in suo genere summum est*, atque adeo et *maturitatem* et *florem aetatis*. De vocab. ὥρα vid. supra ad Odar. XVIII, 4.

v. 5. τἀμὰ pro τὰ ἐμά.

φίλτρον proprie est *poculum amoris*, vel *desiderii*, deinde *omnes amoris illecebras* denotat, vt Xenoph. *memorab. Socr*. II, 3. 11. Denique etiam *amorem* ipsum atque *amicitiam* significat, vt hoc loco.

διώκειν, proprie est *agere, impellere, treiben*; tum etiam *abigere*, et tandem etiam *spernere, auersari*, vt hoc loco. cf. Theocrit. *Idyll*.

ὅρα κἀν ϛεφάνοισιν
ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ
ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

ODARIVM XXXV.

Εἰς Εὐρώπης εἰκόνα.

ARGVMENTVM.

Descriptio raptus Europae in tabula depicti.

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις

XXVII, 35. et Homer. *Odyss.* V, 332. Sensus est: *neque meam amicitiam auersare*, vel *fuge*.

v. 6. κἄν pro καὶ ἐν, *et in*. Sed κἄν pro καὶ ἐὰν est *etiamsi*.

v. 7. Canum caput suum poëta comparat cum liliis et rubentes puellae genas cum rosis. Ouid. *Amor.* II, 5. 38. *Quale rosae fulgent inter sua lilia mistae.* Theocrit. *Idyll.* X, 28. et Tibull. III, 4.

Caeterum cum hoc odario comparari potest Horat. 1. od. XXIII. et Virgil. *Aen.* XII, 68.

ODARIVM XXXV.

v. 1. ὦ παῖ. Stephanus vertit: *puella*. Minus apte. Loquitur enim poëta cum puero, cui fabulam de Ioue et Europa ex ea tabula exponit.

v. 2. Ζεύς τις, *Iupiter nescio quis;* quo se ostendit poëta nescire, quis fuisset Iupiter is, qui Europam rapuerit. Nam plures Ioues ferebantur. cf. Cic. *de nat. deor.* III, 16.

Σιδωνίην γυναῖκα·
περᾷ δὲ πόντον εὐρὺν,
τέμνει τε κῦμα χηλαῖς.
οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

v. 4. Σιδωνίην γυναῖκα, *Sidoniam puellam*, hoc eſt *Europam*. Nam *Sidon* erat caput Phoeniciae. Sed Europa filia fuit Agenoris, regis Phoenices, quam propter eius egregiam formam Iupiter rapuiſſe dicitur. vid. Plin. *hiſt. nat.* XII, 1. Palaephar. cap. 15. Herodot. I, 2. Moſch. *idyll.* II. Horat. 3. *od.* XXVI. Ouid. *metam.* II, 840.

v. 5. περᾷν hic eſt *tranare*. πόντος εὐρὺς, *mare magnum*, ſiue *altum*, hoc eſt, *mare mediterraneum*, per quod Europam Iupiter transtulit in Cretam inſulam. Heſych. εὐρύ· πλατὺ, μέγα.

v. 6. κῦμα θαλάσσης, *vnda, fluctus maris*, poëtice pro *mare*.

χηλὴ eſt *vngula biſulca*, quales ſunt vngulae boum, ouium et ſimilium. Differt ab ὁπλὴ, quae eſt vngula ſolida, quales ſunt equorum. vid. ſupra ad Odar. II, 2. Suidas: χηλή· ὁπλὴ, ὄνυξ βοὸς καὶ προβάτου καὶ αἰγός.

v. 8. ἐλαύνειν eſt *depellere, abigere*.

v. 9. πλέειν, *nauigare*, hoc loco idem eſt, quod v. 5. περᾷν, *tranare*.

ODARIVM XXXVI.

Εἰς τὸ ἀνειμένως ζῆν.

ARGVMENTVM.

Remisse viuendum esse.

Τί με τοὺς νόμους διδάσκεις,
καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;
τί δ' ἐμοὶ λόγων τοσούτων
τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
μᾶλλον δίδασκε πίνειν
ἁπαλὸν πόμα Λυαίου.
μᾶλλον δίδασκε παίζειν
μετὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης.

ODARIVM XXXVI.

v. 1. *νόμοι*, *leges*, funt hoc loco *fcientia iuris*, *iurisprudentia.*

v. 2. *ἀνάγκη* dicitur omne quod cogit. *ῥητόρων ἀνάγκαι* funt ergo omnia *argumenta, quibus oratores cogunt auditores ad adfenfum*, vel etiam *praecepta artis dicendi*, hoc eft, *eloquentia.*

v. 3. *τί δ' ἐμοὶ*, fubaudi *ὄφελος· quo mihi* etc. *quid lucri mihi adferent* etc.

λόγοι videntur effe *quaeftiones et difputationes philofophorum*, ita vt fenfus fit: *Quid mihi iurisprudentia proderit? quid eloquentia? quid philofophia?*

v. 4. *Quae nihil attinent.* cf. Horat. 1. od. XII, 19.

v. 6. *ἁπαλὸν πόμα Λυαίου* eft *vinum lene, dulce.*

v. 7. *παίζειν*. vid. ad Odar. XI, 10. et XXIV, 8.

v. 8. *χρυσῆ Ἀφροδίτη*, *aurea Venus*, hic eft idem quod Odar. IV, 15. *καλὴ ἑταίρη*, *pulcra amica.* Infra Odar. XLI,

πολιαὶ κάρα στέφουσι.
δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ,
τὴν ψυχήν μου κάρωσον.
βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις·
ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ.

22. est *παίζειν μετὰ τῶν καλῶν γυναικῶν, oblectare se cum puellis formosis.*

v. 9. *πολιαὶ* simpliciter pro *πολιαὶ τρίχες.*

κάρα pro *κάρηνον*, *caput.* cf. Odar. LV, 2. Sophocl. *Antig.* 899. 915. Euripid. *Orest.* 239.

v. 10. *δὸς ὕδωρ*, nempe ad vinum diluendum. Solebant enim veteres vino vti temperato aqua. Plerumque cum duabus portionibus vini miscebant tres aquae, quod dicebatur *κεκραμένον τρία καὶ δύο.* cf. Scholiast. ad Aristoph. *Equit.* 1184. et Suidas in voc. *πόμα κεκραμένον.* Hinc *οἶνος φέρων τὰ τρία* est *vinum praestans.* Qui genio volebat indulgere, is tantum aquae immittebat poculo, quantum vini haberet; quod *ἴσον ἴσῳ κεκραμένον* dicebatur. cf. Lud. Kuster ad *Aristoph. Plut.* 1133. Sed vinum merum bibere in more fuit Scytharum. Merum autem vinum *οἶνον ἄκρατον* vocabant. vid. Fischer ad h. l.

βάλλειν hic est *infundere.*

v. 11. *καροῦν* est *sopire, vino obruere.* Hesych. *καρωθείς· μεθυσθείς.* Sensus est: *fac me hilarem; fac, vt curae me et sollicitudines fugiant.*

τὴν ψυχήν μου, vti supra Odar. XXXII, 27. pro *me.*

v. 12. *βραχὺ*, *breui*, *mox.*

καλύπτεις, praesens pro futuro. Sed *καλύπτειν* hic est *humare, terra obruere.*

ODARIVM XXXVII.

Εἰς τὸ ἔαρ.

ARGVMENTVM.

Vere formosissimus annus.

Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος
Χάριτες ῥόδα βρύουσιν.
ἴδε πῶς κῦμα θαλάσσης
ἀπαλύνεται γαλήνῃ.
ἴδε πῶς νῆσσα κολυμβᾷ.
ἴδε πῶς γέρανος ὁδεύει.

ODARIVM XXXVII.

Cum hoc odarii venustissimi fragmento comparetur Meleagri idyll. quod extat in Brunckii analect. Tom. I. pag. 31. Horat. 1. *od.* IV. et 4. *od.* XII.

v. 1. φαίνειν est apparere alrerum facere; sed φαίνεσθαι se apparere facere, id est, *apparere.*

v. 2. Χάριτες, vid. supra ad Odar. V, 11.

βρύειν hoc loco est *fundere, spargere.* Venuste hic Gratiae dicuntur rosas spargere: nam quidquid pulcrum est et venustum, a Grariis proficisci putatur. cf. Fischer ad h. l.

v. 3. κῦμα θαλάσσης. vid. ad Odar. XXXV, 6.

v. 4. ἀπαλύνεται, *emollitur, complanatur*, eleganter de tranquillitate maris verno tempore. De voce ἁπαλὸς ad Odar. VII, 10: VIII, 8. diximus.

γαλήνῃ. vid. ad Odar. XXIX. 13. cf. Euripid. *Orest.* 281. ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

v. 5. νῆσσα, *anas.*

κολυμβᾷν est *natare.*

v. 6. ὁδεύειν, *iter facere,* hoc loco eleganter dicitur de

ἀφελῶς δ' ἔλαμψε Τιτάν·
νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·
τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα.
καρπὸς ἐλαίας προκύπτει,
Βρομίου σέφεται τὸ νᾶμα.
κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα
καθελὼν ἤνθησε καρπός.

auibus gregatim volantibus. Sed grues verno tempore solent magno agmine e Graecia migrare. vid. Aelian. *hist. anim.* III, 13.

v. 7. ἀφελῶς est *clare, pure.* Hesych. ἀφελής· ἀσινής, καθαρός. Sed sol clare fulget, cum non est obductus nubibus.

Τιτὰν, *Titan*, fuit Saturni frater, e cuius filio Hyperione Sol genitus fingitur. Inde Τιτὰν h. l. pro *sole* ponitur.

v. 8. νεφελῶν σκιαὶ, vmbrae nubium, sunt *nubes vmbrosae* et *atrae.*

δονεῖσθαι, hoc loco est *agitari, fugari, fugere.* Hesych. δονεῖ· κινεῖ, ταράσσει, σαλεύει.

v. 9. τὰ βροτῶν ἔργα, mortalium, i. e. hominum, opera, labores, sunt *arua, segetes.* Nam ἔργον, vti lat. *opus,* proprie de agricultura dicitur.

ἔλαμψεν, aoristus pro praesenti. Sensus: *Segetes laetae sunt.*

v. 10. καρπὸς, *fructus*, hic est, *surculus*, et singularis positus pro plurali.

προκύπτειν proprie est *propendere, eminere.* Sensus est: *surculi oliuarum eminent, prorumpunt, sese ostendunt.*

v. 11. Βρομίου. vid. quae supra ad Odar. XXI, 2. diximus. νᾶμα Βρομίου, *succus, liquor, humor Bacchi,* est *vinum.*

σέφειν, quod proprie est *cingere*, hoc loco est *implere, replere.* Sensus est: *Succus redit vitibus.*

v. 12. κατὰ h. l. *in.* κατὰ φύλλον *in pampinis:* κατὰ κλῶνα *in palmitibus.* Nam κλὼν, quod proprie *ramus* est, a poëtis poni solet pro κλάδος.

v. 13. καθελὼν (subaudi ἑαυτὸν) καρπὸς est *fructus cohibens sese et comprimens*, qui non decidit, sed arbori vsque

ODARIVM XXXVIII.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Venusta ac viuida descriptio senis laeti et gestientis.

Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,
νέων πλέον δὲ πίνω,
κἂν δεήσῃ με χορεύειν,
σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν·
ὁ νάρθηξ δ' οὐδέν ἐστιν.
ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι,

haeret adfixus. Nam καθαιρεῖν, quod proprie est *euertere*, *destruere*, saepenumero etiam denotat *cohibere*, *comprimere*.

ἀνθεῖν, *florere*, est hic *colorem ostendere*.

ODARIVM XXXVIII.

v. 2. Sensus est: *Ego, quantumuis senex, largius bibo iuuene.*

v. 4. ἀσκὸς est *vter*, *culeus*, *ein Schlauch*, qui erat praemium potoris vincentis. Sine dubio poëta diem respicit secundum τῶν Ἀνθεστηρίων, qui χόες vocabatur, quo die certamen bibendi fieri solebat, quod per praeconem palam indicebatur, vt, qui stans in vtre victor fuisset, is praemii loco coronam acciperet, et vtrem repletum vino. cf. Aristoph. *Acharn.* v. 1000. Perizon. ad Aelian. *var. hist.* II, 41. itemque Potteri Archaeologia ex vers. Rambachii Tom. I. pag. 800.

v. 5. νάρθηξ erat *ferula*, sed leuis modo et eatenus a θύρσῳ Odar. VI, 6. diuersa, hederaque redimita, quam, qui saltando praeibant, manu gestabant. cf. Perizon. ad Aelian. *var. hist.* III, 18.

ἐστὶν, subaudi ἐμοί.

v. 6. ὁ μὲν κ. τ. λ. Sensus est: *si quis est, qui cupiat pugnare, is pugnet; per me licebit.*

παρέςω καὶ μαχέσθω.
ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ,
μελιχρὸν οἶνον ἡδὺν
ἐγκεράσας, φόρησον.
ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,
Σειληνὸν ἐν μέσοισι
μιμούμενος χορεύσω.

v. 7. παρέςω καὶ μαχέσθω. Haec verba cum fenfum pariant haud ita commodum, ab Hephaeftione, Scholiafte Ariftophanis, et Plotio de metris pro παρέστω καὶ fubftitutum eft πάρεστι γὰρ, hoc eft ἔξεστι γὰρ, *per me enim licet.* Quod fane confilio poëtae conuenientius videtur. cf. Odar. XXVI, 7.

v. 9. μελιχρὸν, quod colorem mellis habet, deinde *praedulcis.* cf. Homer. *Odyff.* XI, 356.

v. 10. ἐγκεράσας, *immifcens.* vid. quae fupra ad Odar. XXXVI, 10. diximus.

v. 12. et 13. Ordo verborum eft: μιμούμενος Σειληνὸν χορεύσω ἐν μέσοισι, hoc eft: *Silenum imitans faltabo omnibus fpectantibus.*

Σειληνὸς, *Silenus*, fuit Bacchi paedagogus et comes, fingitur fenex ventriofus et poculorum chorearumque amator, cuius imaginem exhibet Perizon. ad Aelian. *var. hift.* III, 13. cf. Heyne *antiquar. Auffätze* P. II. pag. 53. fqq.

ἐν μέσοισι, hoc eft, *coram omnibus, propalam.* cf. fupra ad Odar. XIV, 16.

ODARIVM XXXIX.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Poëta celebrat laudes vini.

Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
τότ᾽ ἐμεῦ ἰανθὲν ἦτορ
Μούσας λιγαίνειν ἄρχεται.
ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
ἀποῤῥίπτονται μέριμναι,
πολυφρόντιδές τε βουλαὶ
ἐς ἁλικτύπους ἀήτας.

ODARIVM XXXIX.

v. 1. ὅτ᾽ ἐγὼ κ. τ. λ. eſt verſus intercalaris, qui ſexies in odario repetitur, nempe v. 4. 8. 12. 16. 20. et 24.

v. 2. ἰαίνεσθαι eſt *laetari, gaudere.* Heſych. ἰάνθη· ἐχάρη, διεχύθη, ηὐφράνθη.

v. 3. λιγαίνειν, hoc eſt, μέλπειν, *canere.* Heſych. λιγαίνει· ᾄδει.

ἄρχεται hoc loco, vti ſaepius, videtur abundare. cf. Elsneri *obſeruationes in libros hiſtoricos N. T.* (Vltraiecti 1720. 8.) p. 135.

v. 5. ἀποῤῥίπτειν, *deiicere,* ἀποῤῥίπτεσθαι, *deiici,* hoc eſt, *fugere, euolare, euaneſcere.*

v. 6. πολύφροντις, *multis curis occupatus.* βουλαὶ πολυφρόντιδες ſunt *cogitationes anxiae, ſollicitudines, Grillen.* cf. Horat. 1. od. XXVI, 3.

v. 7. ἀήτης, *ventus,* eſt vox Homero frequens, vel ſimpliciter, vt *Odyſſ.* X, 139. vel iuncta nomini ἄνεμος, vt *Iliad.* XIV, 254. XV, 626. Heſychius: ἀήτης· ἄνεμος.

ἁλίκτυπος, ex ἅλς, *mare,* et κτυπεῖν, *ſonitum edere,* eſt *per mare ſonans,* et dicitur proprie de mari, cuius fluctus

ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
λυσιπαίγμων τότε Βάκχος
πολυανθέσιν μ᾽ ἐν ὥραις
δονέει, μέθῃ γανώσας.
ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
στεφάνους ἄνθεσι πλέξας,
ἐπιθεὶς δὲ τῷ καρήνῳ,
μέλπω βιότου γαλήνην.
ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας

ad rupes pelluntur. ἄηται ἁλίκτυποι sunt ergo *venti mare agitantes.*

v. 9. λυσιπαίγμων, *laetitiae dator*, conuenientissimum Bacchi epitheton, ex παῖγμα, *iocus*, et λύειν, quod etiam *dandi* et *tribuendi* notionem habere, satis docet vocabulum λυσιτελής. Non itaque est, quod vel cum Pauo λυσιπράγμων, vel cum Fabro φιλοπαίγμων, vel denique cum Piersono λυσιπήμων emendemus.

v. 10. ὧραι πολυανθεῖς est *ver florens*. vid. supra ad Odar. III, 1. et XVIII, 4.

v. 11. δονεῖν, *agitare, circumagere*, hic est *ad saltandum permouere*. Hesych. δονεῖ· κινεῖ, ταράσσει, σαλεύει.

μέθη, *vinolentia, ebrietas*. vid. Odar. XXVII, 7. Hesych. μέθη· κραιπάλη, σκότωσις οἴνου.

γανοῦν est *hilarem reddere*, a γάνος, *gaudium, laetitia*. μέθῃ γανώσας, *qui ex ebrietate hilarem et laetum fecit*.

v. 13. 14. Sensus est: *redimitus tempora sertis floreis*.

v. 15. γαλήνην. vid. ad Odar. XXIX, 13. βιότου γαλήνη est *otium, securitas, vitae felicitas*.

v. 17. μύρῳ ἰοώδεϊ τέγξας δέμας, hoc est, μεμυρισμένος, *unguentis fragrans et nitens*. vid. supra ad Odar. XIII, 10. et IX, 3. Hesych. εὐώδει· εὐόδμῳ.

δέμας, ἀγκάλαις δὲ κούρην
κατέχων, Κύπριν ἀείδω.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
ὑπὸ κυρτοῖσι κυπέλλοις
τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας,
θιάσῳ τέρπομαι κούρων.
ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
τόδ' ἐμοὶ μόνον τὸ κέρδος,
τόδ' ἐγὼ λαβὼν ἀποίσω.
τὸ θανεῖν γὰρ μετὰ πάντα.

v. 18. δέμας, *corpus*, indeclin. Hesych. δέμας· σῶμα.

v. 21. ὑπὸ κυρτοῖσι κυπέλλοις. vid. supra ad Odar. XVII, 5. Sed ὑπὸ hic est *ad*, vt Odar. VI, 4. ὑπὸ βαρβίτῳ.

v. 22. τὸν νόον ἁπλοῦν, *laxare*, *explicare animum*, est *animum hilaritati dare*, *laetum fieri*. Nam tristis animus est quasi constrictus et complicatus.

v. 23. θίασος proprie est coetus tripudiantium in choreis ad deorum cultum institutis, speciatim ad Bacchi cultum. Sed deinde etiam *quemuis sodalium coetum* significat, vt hoc in loco. Hesych. θίασος· χοροῦ σύστασις, ἢ σύλλογος· καὶ τὸ ψιλὸν πλῆθος· ἔσθ' ὅτε καὶ τὸ Βακχικόν· ἢ ἱερὸς γυναικῶν. cf. Spanheim ad Aristoph. *Plut*. 508.

v. 26. Sensus: *hoc bono perfruar*.

v. 27. τὸ θανεῖν, infinit. pro substantiuo ὁ θάνατος, *mors*. Sensus est: *tandem me mors manet*. cf. Horat. I. od. IV.

ODARIVM XL.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Elegans dolorum, quibus amantium animi vexantur, comparatio cum aegritudine Cupidinis ex ictu apiculae laborantis.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι
κοιμωμένην μέλισσαν
οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη
τὸν δάκτυλον· πατάξας
τὰς χεῖρας· ὠλόλυξε·
δραμὼν δὲ καὶ πετασθεὶς
πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,
ὄλωλα, μῆτερ, εἶπεν,
ὄλωλα, κἀποθνήσκω.

ODARIVM XL.

Cum venustissimo hoc odario conferri poterit Theocrit. *Idyll.* XIX, quod inscriptum est Ἔρως κηριοκλέπτης.

v. 2. κοιμωμένην, non *dormientem*, sed *iacentem*, vti supra Odar. IX, 33.

v. 3. ἀλλὰ hic vim habet copulandi. Cupido enim fingitur oberrare in rosetis, vt inde sibi nectat corollas. vid. Fischer ad h. l.

τιτρώσκειν est *vulnerare*, hic *pungere, ictu laedere*. Hesych. ἐτρώθη· ἐπλήγη.

v. 4. πατάσσειν, *complodere*.

v. 5. ὀλολύζειν, *vlulare, eiulare*. Hesych. ὀλολυγή· ποιὰ φωνὴ λυπηρὰ, ὀδύνην καρδίας ἀσήμῳ τινὶ φθόγγῳ παριστῶσα.

v. 6. 7. Elegantissime depingit poeta dolorem et ingenium Cupidinis pueri.

v. 8. 9. ὄλωλα, *perii, occidi.*

ὄφις μ᾽ ἔτυψε μικρὸς
πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
μέλισσαν οἱ γεωργοί.
ἡ δ᾽ εἶπεν· εἰ τὸ κέντρον
πονεῖ τὸ τῆς μελίσσης,
πόσον δοκεῖς πονοῦσιν,
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

ODARIVM XLI.

Εἰς συμπόσιον.

ARGVMENTVM.

Laudes vini.

Ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
ἀναμέλψομέν δὲ Βάκχον,
τὸν ἐφευρετὰν χορείας,

v. 10. ἔτυψε, *pupugit.*

v. 13. τὸ κέντρον, *aculeus.*

v. 14. πονεῖ, *cruciat, torquet, vexat, dolores facessit, vrit,* actiue.

v. 15. πονοῦσιν, passiue.

v. 16. βάλλειν hic est *telis, sagittis vulnerare.*

Caeterum super hoc odario cf. Harles. ad *Anthol. gr. poët.* pag. 36. sqq. et Schneider. *Anmerk.* pag. 40. sqq.

ODARIVM XLI.

v. 2. ἀναμέλπειν hoc loco est pro simplici μέλπειν, *cantu celebrare.*

v. 3. ἐφευρετὰν dorice pro ἐφευρετήν. Sed ἐφευρετὴς hic pro simplici εὑρετὴς, *inuentor.*

τὸν ὅλας ποθοῦντα μολπὰς,
τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι,
τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
δι' ὃν ἡ Μέθη λοχεύθη,
δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα,
δι' ὃν εὐνάζετ' Ἀνία.

Bacchus ἐφευρετὴς χορείας dicitur, quia vinum largius sumtum laetos efficit homines et ad choreas ducendas propensiores.

v. 4. τὸν ποθοῦντα, hoc est, *qui delectatur, quem iuuat*, vti Odar. XLII, 1.

μολπαὶ ὅλαι sunt *carmina integra, quae numeris suis constant et tota canuntur*, vti recte exponit Pauus. His contrariae sunt μολπαὶ ἐλλιπεῖς, *carmina manca et imperfecta*, quae ab hominibus canuntur temulentis et vino oppressis.

v. 5. ὁμότροπος Ἔρωτι, *socius, sodalis Amoris*. Ita vocatur Bacchus, quoniam et Bacchus et Cupido ad vsum amoris incitat.

v. 6. τὸν ἐρώμενον Κυθήρης, passiue, *amasium Veneris, amicum Veneri*.

v. 7. διὰ h. l. *per, ope, beneficio*.

ἡ Μέθη, *Temulentia*, rem tamquam personam, siue numen aliquod inducit poëta, vti etiam in sequentibus, ἡ Χάρις, Λύπα et Ἀνία.

λοχεύειν, *parere*. Hesych. ἐλοχεύθη· ἐγεννήθη.

v. 8. ἡ Χάρις, *Laetitia*.

v. 9. ἀμπαύεται pro ἀναπαύεται. Sed ἀναπαύειν est *sedare*, et in medio ἀναπαύεσθαι *quiescere*; hoc loco *fugere, pelli*.

Λύπα dorice pro λύπη, *Grillen*.

v. 10. εὐνάζεται idem est, quod ἀμπαύεται, *fugit*. Proprie εὐνάζειν est *sopire*, ab εὐνὴ, *cubile*. Supra Odar. XXV, 2. et XXVI, 2. erat εὕδειν.

Ἀνία, *dolor, aerumna, Harm*. Sensus est: *vinum est ebrietatis ac laetitiae auctor*.

τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν
ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες·
τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν
ἀνεμοτρόφῳ θυέλλῃ.
τὰ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν,
τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.
τί γάρ ἐστι σοὶ τὸ κέρδος
ὀδυνωμένῳ μερίμναις;
πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον;
ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.

v. 11. πόμα, *potus*, hoc loco est *vinum*, πόμα Λυαίου. Sed πόμα κερασθὲν est *vinum aqua temperatum*. vid. ſupra ad Odar. XXXVI, 10. et XXXVIII, 10.

v. 12. ἁπαλοὶ παῖδες, *pueri formoſi ac delicati*. vid. ſupra ad Odar. VIII, 8.

φέρουσι ſimplex pro compoſito εἰςφέρουσι.

v. 13. ἄρχος, *moeror*, *Kummer*. Heſych. ἄχος· λύπη.

v. 14. θύελλα eſt *turbo*, *vortex*, *procella*. Heſych. θύελλα· ἀνέμου συστροφὴ, καὶ ὁρμὴ, ἢ καταιγίς. Sed ἀνεμότροφος (vento nutrita) θύελλα eſt *procella rapida et praeceps*, apud Homer. *Odyſſ.* IV, 408. λαίλαψ, apud Sophocl. *Antig.* 137. ῥιπὴ ἀνέμων, et v. 930. ſimpliciter ῥιπή. it. v. 418. τυφώς. Apud Ouidium *vortex turbineus*.

v. 15. πόμα λάβωμεν, hoc eſt πίωμεν οἶνον, vti v. 1.

v. 16. φροντίδες. vid. ſupra ad Odar. XXIV, 5. infra v. 18. μέριμναι.

μεθῶμεν, *mittamus*. Refertur ad πόμα λάβωμεν verſu praecedenti.

v. 18. ὀδυνᾶσθαι eſt *cruciari*, *angi*, *ſich martern*, *quälen*, ab ὀδύνη, *cruciatus*. Heſych. ὀδύνη· λύπη, ταπείνωσις παρὰ ἀλλοτρίων, ἢ ἀλγηδών.

v. 19. *Vnde ſcimus*, *quid futurum ſit?* Supra Odar. XV, 10. eandem ſententiam ſic pronuntiat: τὸ αὔριον τίς οἶδεν;

v. 20. ὁ βίος, *vita*, pro πέ-

μεθύων θέλω χορεύειν,
μεμυρισμένος δὲ παίζειν
μετὰ τῶν καλῶν γυναικῶν.
μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν
ὅσον ἐςὶν ἐν μερίμναις.
ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον.

O D A R I V M XLII.

Εἰς ἑαυτόν.

A R G V M E N T V M.

Hilariter vivendum esse.

Ποθέω μὲν Διονύσου

ρας, τέλος τοῦ βίου, *finis vitae*, durius dictum.

v. 21. μεθύων. vid. ad Odar. VI, 3.

v. 22. μεμυρισμένος. vid. ad Odar. XIII, 10.

παίζειν. vid. supra ad Odar. XI, 10. et XXIV, 8. Sequenti Odario XLII, 7. est μετὰ παρθένων ἀθύρειν.

v. 23. καλῶν γυναικῶν. vid. supra ad Odar. VIII, 10.

v. 24. 25. Sensus est: *Quidquid est curarum, relinquatur hominibus morosis, qui solent alere curas et sollicitudines.* Paullo durius dictum est ὅσον ἐςὶν ἐν μερίμναις pro ὅσον ἐςὶ μεριμνῶν.

τοῖς θέλουσιν, subaudi ἐπιμελεῖσθαι.

ODAR[illegible] XLII.

v. 1. ποθεῖν, proprie vehementi desiderio teneri, hic est, *delectari, gaudere.*

φιλοπαίγμονος χορείας·
φιλέω δ᾽, ὅταν ἐφήβου
μετὰ συμπότου λυρίζω.
στεφανίσκους δ᾽ ὑακίνθων
κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας,
μετὰ παρθένων ἀθύρειν
φιλέω μάλιστα πάντων.
φθόνον οὐκ οἶδ᾽ ἐμὸν ἦτορ,
φθόνον οὐκ οἶδα δαΐκτην.
φιλολοιδόροιο γλώττης
φεύγω βέλεμνα κωφά.

v. 2. φιλοπαίγμων, *iocos amans*, id est *iocosus*, supra Odar. XXXIX, 7. λυσιπαίγμων. Elegans Bacchi epitheton.

χορείας. Bacchus enim auctor chorearum fertur, et Odar. XLI, 3. ἐφευρετὴς χορείας.

v. 3. φιλέω hic idem est, quod v. 1. ποθέω, *delector*, *iuuat me*. Et φιλέω, ὅταν λυρίζω, dictum est pro φιλέω λυρίζειν.

v. 4. ἔφηβος σύμποτης est *compotor adolescens*.

v. 5. 6. στεφανίσκους ὑακίνθων κροτάφοισιν ἀμφιπλέξαι est *corollis hyacinthinis tempora ornare*, *velare*, *redimire*. Nam στεφανίσκους ὑακίνθων dictum est pro στεφανίσκους ὑακινθίνους. Sed flos hyacinthi facer est Baccho. vid. quae supra ad Odar. VII, 1. diximus.

ἀμφιπλέξαι, supra Odar. VI, 2. erat συναρμόσαι.

v. 7. μετὰ παρθένων ἀθύρειν. vid. ad Odar. VIII, 6.

v. 8. φιλέω, vt v. 3., *placet*, *iuuat*, *delector*.

v. 9. ἐμὸν ἦτορ, *pectus meum*, hoc est, *ego*. vid. supra ad Odar. XXXIX, 2.

v. 10. δαΐκτης, *infestus*.

v. 11. γλῶττα φιλολοίδορος, *lingua maledica*, *calumniatrix*.

v. 12. φεύγω, *odi*, *auersor*, *detestor*. Contrarium τῷ φιλεῖν v. 3. et 8. et ποθεῖν v. 1. Idem sequ. v. στυγεῖν.

βέλεμνα, *sagittae*, *tela*, id est, criminationes. Ea βέλεμνα

συγέω μάχας παρoίνους
πολυκώμους κατὰ δαῖτας,
νεοθηλέσ' ἅμα κούραις
ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων.
βίον ἥσυχον φέρωμεν.

O D A R I V M XLIII.

Εἰς τέττιγα.

A R G V M E N T V M.

Felix cicadae conditio.

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,

dicuntur κωφὰ, *obtusa*, hoc est, *inualida*.

v. 13. μάχαι πάροινοι sunt *rixae, quae inter pocula excitantur.* cf. Horat. I. *Od.* XXVII.

v. 14. δαῖτες πολύκωμοι sunt *conuiuia lauta*, in quibus large vinum bibitur. Nam κῶμος etiam ebrietatem significat. vid. ad Odar. VI.

v. 15. νεοθηλὴς, nuper virens, pullulans, hoc est, *florens.* κοῦραι νεοθηλεῖς sunt ergo *puellae adolescentulae.* Hesych. νεοθηλής· νεωστὶ βλαστήσαντα.

v. 16. ὑπὸ hic vti Odar. IV, 17. et VI, 4. est *ad.* βαρβίτῳ. vid. supra ad Odar. I, 3.

v. 17. ἥσυχος, *tranquillus, placidus.* βίος ἥσυχος est idem, quod Odar. XXXIX, 15. βιότου γαλήνη, *vita tranquilla et secura.* Sensus est: *viuamus laeti et hilares.*

ODARIVM XLIII.

Venustates huius praestantissimi odarii vberius exposuit Degen *über die Philosophie des Anacreon* pag. 45. seqq.

v. 1. μακαρίζειν est *beatum*

ὅτε δενδρέων ἐπ' ἄκρων
ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς,
βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις.
σὰ γάρ ἐστι κεῖνα πάντα,
χ' ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς,
χ' ὁπόσα φέρουσιν ὗλαι.
σὺ δὲ φίλιος γεωργῶν,
ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων·
σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,

praedicare. Hinc dii dicuntur μάκαρες Pindar. *Olymp.* I, 83. Hesych. μακάριος· ὁ πάντοτε ἐν ἀγαθῷ ὤν, εὐδαίμων. cf. Sallier et Oudendorp. ad Thom. Mag. pag. 646. et Index Thucyd. Dukeri.

τέττιξ est *cicada mas.* Nam foeminae non canunt. cf. Plin. *hist. nat.* XI, 26.

v. 2. *in summis arboribus.* cf. Homer. *Iliad.* III, 151. et Hesiod. Ἔργ. 583.

v. 3. δρόσον πεπωκὼς, *rore pasta, inebriata.* Nam rore pasci cicadam et inebriari, ostendit Cerda ad Virg. *Ecl.* V, 77.

v. 4. βασιλεὺς ὅπως referri debet non ad ἀείδεις, sed tum ad verba praecedentia δενδρέων ἐπ' ἄκρων, tum ad sequentia σὰ γάρ ἐστι κ. τ. λ. ita vt regina dicatur ob sedem altiorem, vnde inferiora et circumiecta despiciat tamquam pedibus suis et potestati subiecta.

v. 5. κεῖνα pro ἐκεῖνα.

v. 6. χ' pro καί. vid. ad Odar. XXXI, 5.

v. 8. φίλιος, *cara, dilecta.* cf. Arnaldi *animaduerss.* pag. 45.

v. 9. ἀπὸ μηδενὸς βλάπτων, est Tmesis pro ἀποβλάπτων μηδενὸς, *nihil laedens in vllo cuiusquam agro.* Sic supra Odar. III, 9. κατὰ μεῦ σχίσεις ὀνείρους pro κατασχίσεις. Sed ἀποβλάπτειν hic ponitur pro simplici βλάπτειν. cf. Duker ad Thucyd. pag. 462.

μηδενὸς scilicet γεωργῶν.

v. 10. τίμιος, *carus, exoptatus.* Sophocl. Antig. 701. seq. ἐμοὶ δὲ, σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς,

θέρεος γλυκὺς προφήτης.
Φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι,
φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,
λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην.
τὸ δὲ γῆρας οὔ σε τείρει,
σοφὲ, γηγενὴς, φίλυμνε,
ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε·

πάτερ, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.

v. 11. θέρεος προφήτης, *aestatis praenuntia* cicada hic dicitur, vt hirundo apud Ouid. Fast. II, 853. *praenuntia veris.* Additur γλυκὺς, *dulcis, suauis, iucundus*, non modo ob suauitatem cantus, sed etiam quia aestas, cuius praenuntia est, hominibus grata est.

v. 12. Musae dicuntur amare cicadam propter suauem illius cantum.

v. 14. λιγυρὸς est *canorus, liquidus:* οἴμη λιγυρὴ est *vox liquida*, vti loquitur Horat. I. *od.* XXIV, 3. De voce cicadae cf. Homer. *Iliad.* III, 152. et Theocrit. *Idyll.* VII, 139. Hesych. λιγυρόν· ἡδὺ, γλυκύ.

v. 15. τείρειν est *adfligere, conficere:* Sic de sudore Homer. *Iliad.* V, 796. ἱδρὼς μιν ἔτειρεν. Hic dicitur cicada non affligi neque confici senectute, quoniam veteres tunicas aestate putantur deponere. cf. Lucret. IV, 65. Hesych. τείρει· καταπονεῖ.

v. 16. σοφοὶ dicuntur inprimis poëtae. Hic cicada σοφὸς dicitur ob suauitatem cantus.

γηγενὴς, *terrigena*, cicada vocatur, quia in agris et e terra nascitur. Hesych. γηγενής· ὁ ἐκ τῆς γῆς τὴν γένεσιν ἐσχηκώς.

φίλυμνος, *cantus amans*, cicada dicitur, quoniam semper canit aestate.

v. 17. ἀπαθὴς est *malorum expers atque immunis*, h. e. morborum, senectutis, dolorum.

ἀναιμόσαρκος, qui carnem habet sanguinis expertem, facete cicada dicitur, quia non habet talem liquorem rubrum in carne, qualis in plerisque animalium corporibus sanguis dicitur. Sic Homer. *Iliad.* V, 340. dii ἀναίμονες dicuntur,

σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

ODARIVM XLIV.

Εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

ARGVMENTVM.

Narratio somnii, quo sese amore quodam illigari, poëta metuit portendi.

Ἐδόκουν ὄναρ τροχάζειν
πτέρυγας φέρων ἐπ᾽ ὤμων·
ὁ δ᾽ Ἔρως ἔχων μόλυβδον
περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις
ἐδίωκε καὶ κίχανε.

quia pane et vino non vescuntur. Tribuitur iis autem aliquid sanguini simile, quod ἰχὼρ vocatur. vid. Riccii *dissertatt. Homer.*

v. 18. σχεδὸν, *prope, propemodum.*

ODARIVM XLIV.

v. 1. ὄναρ, subaudi κατά. Hoc tamen discrimen statuunt grammatici, vt ὄναρ plerumque notet *per quietem, in somnis*, sed κατ᾽ ὄναρ, *monitu somnii.* cf. Oudendorp. ad Thom. Mag. pag. 650.

τροχάζειν est *currere.* Suid. τροχάζει· διατρέχει.

v. 2. πτέρυγας φέρων ἐπ᾽ ὤμων, hoc est *alatus.* cf. supra ad Odar. III, 17.

v. 3. μόλυβδος, *plumbum.*

v. 5. κίχανε pro ἐκίχανε. Sic supra Odar. VIII, 12. φύγον pro ἔφυγον. Sed κιχάνειν est *prehendere, haschen.* Hesych. κιχάνειν· ἀπολαμβάνειν.

τί θέλει τόδ᾽ ὄναρ εἶναι;
δοκέω δ᾽ ἔγωγε πολλοῖς
ἐν Ἔρωσί με πλακέντα
διολισθανεῖν ἐν ἄλλοις,
ἑνὶ τῷδε συνδεθῆναι.

ODARIVM XLV.

Εἰς τὰ τοῦ Ἔρωτος βέλη.

ARGVMENTVM.

Dulce amoris principium est, sed finis fere acerbus.

Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης

v. 6. *Quid sibi vult hoc somnium?* Sic Ouid. *Metam.* IX, 293. *tacitae quid vult sibi noctis imago?*

v. 7. δοκέω, subaudi μοι, *videor mihi.*

v. 8. ἐν Ἔρωσι. vid. supra ad Odar. XXXII, 5. πολλοῖς ἐν Ἔρωσι πλακεὶς dicitur is, *qui multis amoribus est implicitus, qui multos pueros et puellas amat.*

v. 9. διολισθαίνειν, *elabi, effugere*, eleganter dicitur de eo, qui amare desinit; neque teneri se vinculis amoris sinit. Suidas: διολισθαίνειν· ἐκφεύγειν.

v. 10. συνδεθῆναι, *vinciri, vinculis teneri*, de eo dicitur, qui amoris vinculis ita tenetur constrictus, vt, quo se expediat, ei nil reliqui videatur. Hesych. σύνδει· συντηρεῖ.

ODARIVM XLV.

v. 1. ὁ ἀνὴρ est *maritus.* Sed maritus Veneris est Vulcanus. cf. Homer. *Odyss.* VIII, 267. sqq.

παρὰ Λημνίαις καμίνοις
τὰ βέλη τὰ τῶν Ἐρώτων
ἐποίει, λαβὼν σίδηρον·
ἀκίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,
μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα·
ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν.
ὁ δ' Ἄρης ποτ' ἐξ αὐτῆς
σιβαρὸν δόρυ κραδαίνων

v. 2. Λημνίαις. *Lemnus* eſt inſula maris Aegaei, finitima Imbro et Samothraciae, quae cultu Vulcani quondam valde celebrabatur, cuius etiam officina in ea fertur fuiſſe, hoc eſt montes ardentes, qui inde etiam Vulcani vocantur. cf. Schlichthorſt *Geographia Homeri* pag. 129.

κάμινος, *fornax*, id eſt, *officina*, a poetis vſurpatur de fornace Cyclopum et Vulcani. cf. Spanhem. ad Callim. *hymn. in Dian.* 60. et Fiſcher ad h. l.

v. 3. Ἐρώτων. vid. ſupra ad Odar. I, 4. 9.

v. 4. ἐποίει λαβὼν σίδηρον, fecit ſumto ferro, id eſt, *ex ferro fecit.*

v. 5. ἔβαπτε, *tingebat, imbuebat*, quo obduraret cuſpides. Solet enim ferrum aqua imbui, vt obdureſcat.

v. 6. μέλι γλυκὺ λαβοῦσα ἔβαπτε, imbuebat ſumto melle dulci, hoc eſt, *melle dulci imbuit.*

v. 7. Venerem poëta facit propterea Amoris tela dulci melle tingentem, ſed eadem, felle conſpergentem Cupidinem, quod initia amoris eſſe fere dulcia ſolent et ſuauia, ſed extrema grauia atque acerba. cf. Fiſcher ad h. l.

v. 8. ἐξ αὐτῆς, ſubaudi ἐλθών. vid. ſupra ad Odar. XVI, 2.

Ἄρης, Mars, belli Deus.

v. 9. σιβαρὸς hoc loco eſt *grauis, ponderoſus.* Sic haſtam Mineruae vocat Homer. *Iliad.* V, 745. VIII, 389. Heſych. σιβαρόν· — βαρύ.

δόρυ idem eſt, quod ἔγχος, *haſta.* vid. ad Odar. XIV, 10.

κραδαίνων. vid. ad Odar. XXXI, 14.

βέλος ηὐτέλιζ' Ἔρωτος.
ὁ δ' Ἔρως, τόδ' ἐςὶν, εἶπε,
βαρύ· πειράσας νοήσεις.
ἔλαβεν βέλεμνον Ἄρης·
ὑπεμειδίασε Κύπρις.
ὁ δ' Ἄρης ἀναςενάξας;
βαρὺ, φησίν· ἆρον αὐτό.
ὁ δ' Ἔρως, ἔχ' αὐτὸ, φησί.

v. 10. εὐτελίζειν est *contemnere, spernere, flocci habere.* Venit enim a τέλος, *sumtus,* qui rei cuidam impenditur. Inde πολυτελὴς, quod magnum sumtum requirit, et proinde praestans est et eximium. Sed εὐτελὴς, quod paruo pretio emitur, hoc est, *vile;* inde εὐτελίζειν est *vilipendere, contemnere.* Hesych. εὐτέλεια· ταπείνωσις.

v. 11. τόδε βέλος ἐςὶ βαρὺ, *haec sagitta grauiter vulnerat.* cf. Fischer ad h. l. Odar. III, 32. erat: σὺ δὲ καρδίαν πονήσεις.

v. 12. νοήσεις, *experieris, intelliges, videbis, senties.*

v. 13. ἔλαβεν βέλεμνον, cepit sagittam, id est, *corpore suo excepit, feriri se sagitta et vulnerari permisit.* vid. Degen *Anmerk. zu Anacr. Liedern* p. 263. et Zeune *animaduerss. ad Anacr.* pag. 94. sq.

v. 14. ὑπεμειδίασε, *subrisit.* Facete hic Venus subrisisse dicitur, cum Mars telo Cupidinis vulneratus esset.

v. 16. βαρὺ, *graue* telum est, sed non *pondere,* verum *dolore.* Sic apud Homer. *Iliad.* V, 664. hasta cuti infixa dicitur βαρύνειν, id est, *dolore adficere.*

ἆρον αὐτὸ, *extrahe, euelle istud.*

v. 17. ἔχ' αὐτὸ, *retine istud.*

ODARIVM XLVI.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Infelix eius conditio, qui ab eo, quem amat, non redamatur.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι·
χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·
χαλεπώτερον δὲ πάντων
ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.
γένος, οὐδὲν ἐς Ἔρωτα·
σοφίη, τρόπος πατεῖται·
μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.

ODARIVM XLVI.

v. 1. χαλεπὸν, *durum.* vid. ad Odar. VII, 2.

φιλῆσαι. vid. fupra ad Odar. XIV, 1.

v. 3. χαλεπώτερον, *durius,* comparatiuus hic vim habet fuperlatiui, χαλεπώτατον. Sic v. 13. τὸ δὲ χεῖρον, *quod peffimum eft.*

v. 4. ἀποτυγχάνειν, proprie *metam non ferire,* fiue *peccare,* hoc loco eft *inuenuftum effe, repulfam ferre, unglücklich lieben.*

v. 5. γένος, *nobilitas, generofitas, gentis claritas,*

οὐδὲν ἐς Ἔρωτα, fubaudi ἐςί, *nil attinet, nil fpectat, nil mouet Amorem.* Senfus eft: *nil prodeft amanti nobilitas.*

ἐς pro πρὸς.

v. 6. σοφία, *fapientia, doctrina.* Fortaffe auctor intelligit artem pangendorum carminum. Poëtae enim vocabantur σοφοί. vid. infra ad Odar. LII, 16. et 23.

τρόπος eft *virtus, ingenium candidum, Edelmuth.*

πατεῖν eft *defpicere, fpernere, contemnere;* fubaudiendum eft θυμῷ, quae vox addita erat fupra Odar. XXVI, 6.

v. 7. βλέπειν contrarium eft

ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς
ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.
διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφὸς,
διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες.
πόλεμοι, φόνοι δι' αὐτόν.
τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα
διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

O D A R I V M XLVII.

Εἰς γέροντα.

A R G V M E N T V M.

Senem animo, si saltet, iuuenescere.

Φιλῶ γέροντα τερπνὸν,

τῷ πατεῖν, et notat *suspicere, magnifacere, curare, sequi.*

v. 8. ἀπόλοιτο, *pereat, sacer esto.*

v. 10. διὰ τοῦτον, scilicet ἄργυρον.

οὐκ ἀδελφὸς, subaudi ἡμῖν ἐστι. Sensus est: *Propter argentum a fratribus fratres produntur, a parentibus liberi.*

v. 12. δι' αὐτὸν, scilicet ἄργυρον.

v. 14. τὸ δὲ χεῖρον, *quod pessimum est*, comparatiuus pro superlatiuo, vt v. 3. χαλεπώτερον. Sensus est: *Si inopes amamus, ideoque reiicimur, quia non babemus, quo amorem redimamus, perdimur atque conficimur aegritudine.*

Caeterum cum hoc odario comparari poterit Ouid. *Amor.* I, 10. II, 5. et *de arte am.* II, 270. sqq. Horat. 3. od. XVI. et XXIV. Propert. III, 12. Tibull. I, 9. II, 4.

ODARIVM XLVII.

v. 1. τερπνὸς hic, vti su-

φιλῶ νέον χορευτάν·
γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,
τρίχας γέρων μέν ἐςι,
τὰς δὲ φρένας νεάζει.

ODARIVM XLVIII.

Εἰς Διόνυσον.

ARGVMENTVM.

Laudes vindemiae.

Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ
νέον, ἐν πόθοις ἀταρβῆ,
καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν

pra Odar. XVIII, 6. est *laetus, hilaris.*

v. 2. χορευτὰν, dorice pro χορευτήν.

v. 4. τρίχας, subaudi κατὰ, vti v. sequenti τὰς φρένας pro κατὰ τὰς φρένας.

v. 5. τὰς φρένας, *mente, ingenio iuuenescit.*

ODARIVM XLVIII.

v. 1. πόνος, *labor, periculum.* vid. ad Odar. XXV, 3.

ἀτειρὴς, *firmus, inuictus*, a τείρειν, *domare.* Hesych. ἀτειρής· ὁ σκληρός.

v. 2. πόθοι sunt *amores.* vid. ad Odar. XXXII, 20.

ἀταρβὴς, *interritus, intrepidus.* Hesych. ἀταρβές· ἀτάρβητον, ἄφοβον, θρασύ.

v. 3. πότοι sunt *conuiuia.* Hesych. πότος· δεῖπνον. Suid. ποτός· τὸ πινόμενον. πότος δὲ τὸ συμπόσιον.

Triplex hoc loco Bacchi beneficium poëta celebrat. Nam primum vino, ait, cu-

τελέων θεὸς κατῆλθεν,
ἁπαλὸν βροτοῖσι φίλτρον,
πότον ἄστονον κομίζων,
γόνον ἀμπέλου, τὸν οἶνον,
πεπεδημένον ὀπώραις
ἐπὶ κλημάτων φυλάττων,
ἵν', ὅταν τάμωσι βότρυν,

ras et sollicitudines dispelli: ἐν πόνοις ἀτειρῆ τελέων· deinde animum firmat ad audaciam in amore: ἐν πόθοις ἀταρβῆ τελέων· tertio denique in conuiuiis incitat ad choreas ducendas: καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν τελέων. cf. Fischer ad hunc locum.

v. 4. τελεῖν hic est *reddere, efficere*.

κατῆλθεν. Nam putabatur Bacchus vindemiae tempore de superis descendere et nouo vino conficiendo adesse.

v. 5. ἁπαλὸν φίλτρον, *dulcem amoris fontem*, apte vertit Degen: *den milden Quell der Liebe*. De voce φίλτρον vid. supra ad Odar. XXXIV, 5. et Schneider *Anmerk.* pag. 181.

v. 6. ἄστονος, *suspiriorum*, hoc est, *curarum expers*. πότος ἄστονος esset *conuiuium laetum et hilare*. Sed quoniam sequenti versu explicatur per γόνον ἀμπέλου, τὸν οἶνον, scribendum censeo ποτόν, ita vt ποτὸν ἄστονον sit vinum laetos faciens curasque ex animo pellens.

v. 7. γόνος proprie est *filius, progenies, suboles*, sed deinde etiam, vti Latinorum *foetus*, de arborum fructibus vsurpatur, vti hic vinum vocatur γόνος ἀμπέλου. cf. Matth. XXVI, 29. Hesych. γόνος· γέννημα.

v. 8. ὀπώρα quemque fructum, quem auctumnus profert, denotat, sed speciatim *vuam*, vt h. l. Hesych. ὀπώρα· θέρος καὶ τὸ μετόπωρον· κυρίως δὲ ἡ σταφυλή. Sed οἶνος πεπεδημένος ὀπώραις est *vinum vuis inclusum* (nam πεδᾶν est *vincire*) *et nondum in torculari domitum, neque ex vuis solutum*. Sic Odar. LI, 6. est λύειν οἶνον.

v. 9. κλῆμα est *palmes, Weinrebe*.

v. 10. τέμνειν hoc loco est

ἄνοσοι μένωσι πάντες,
ἄνοσοι δέμας θεητὸν,
ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν,
ἐς ἔτους φανέντος ἄλλου.

ODARIVM XLIX.

Εἰς δίσκον ἔχοντα Ἀφροδίτην.

ARGVMENTVM.

Venerem Genitricem, e mari exeuntem, sculptor aliquis eius temporis nobilissimus in disco ad viuum expresserat, quam Tabulam hoc Odario poëta celebrat.

Ἆρα τις τόρευσε πόντον,
ἆρα τὶς μανεῖσα τέχνα

vuas decerpere et colligere, et ὅταν τάμωσι βότρυν est *post vindemiam*. Sed tempore auctumni solent maxime grassari febres, et inde intelligitur vis verborum: ἵνα πάντες ἄνοσοι μένωσι.

v. 12. δέμας pro κατὰ δέμας. vid. supra ad Odar. XXXIX, 18. Sed δέμας θεητὸν est *corpus pulcrum*. Nam θεητὸς, Ionice pro θεατὸς, est *spectabilis*. Hesych. θεατόν· τὸ ἐκλεκτὸν, ὁρατὸν, καὶ θεωρητόν.

v. 13. γλυκὺς θυμὸς est *animus securus et laetus*.

v. 14. ἐς (subaudi ὥραν) ἔτους φανέντος ἄλλου, *ad anni alterius apparentis auctumnum*.

ODARIVM XLIX.

v. 1. ἆρα, particula adsentientis cum admiratione, respondet Latinorum particulae *tandem*.

τόρευσε pro ἐτόρευσε. vid. supra ad Odar. XVII, 1.

v. 2. μανεῖσα τέχνα, *ars di-*

ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ,
ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;
ἆρα τις ὑπὲρ θάλασσαν
ἁπαλὰν χάραξε Κύπριν,
νόος ἐς θεοὺς ἀερθεὶς,
μακάρων φύσιος ἀρχάν;
ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν,

uino numine adflata, *ars diuina*, hoc est, *eximia*, *praestantissima*. Nam μανῆναι notat etiam *spiritu diuino adflari*. Sic Latinis quoque *ars insana* dicitur pro *diuino spiritu adflata*. Sed hoc loco τῆς μανεῖσα τέχνη est abstractum pro concreto, *egregius quidam ac diuinus caelator*. vid. supra ad Odar. XVIII, 1.

v. 3. ἀναχεῖν, *effundere*, hic est *caelare*, *illigare*, *includere*, et apte positum naturae fluctuum.

δίσκος proprie est orbis saxeus vel aeneus, quem exercendi corporis caussa iacere solebant veteres in gymnasiis: sed hic intelligitur lamina argentea, quae ducta erat in formam clypei, cum caelatura Venerem e mari exeuntem referente. Cuiusmodi Veneris signum extat in *Antich. d'Ercolano* Vol. IV.

v. 4. ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης dictum poëtice pro ἐπάνω τῆς θαλάσσης, *super mari*; forma loquendi etiam Homero frequens, v. c. *Iliad.* II, 159. Hesych. νῶτα θαλάσσης· τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς, ἢ τὰ πελάγη. Suidas: νῶτα θαλάσσης· ἡ ἐπιφάνεια τῆς θαλάσσης.

v. 6. χαράσσειν proprie est *scalpere*, *incidere*. vid. supra ad Odar. XVIII, 14. sed hoc loco idem est quod ποιεῖν, *fingere*.

v. 7. νόος ἐς θεοὺς ἀερθεὶς, *animus ad deos vsque euectus*, est *diuinum ingenium*, quod v. 2. μανεῖσα τέχνα dicebatur.

v. 8. μάκαρες sunt *dii*. Infra Odar. LI, 39. μάκαρες θεοί. vid. supra ad Odar. XLIII, 1. μακάρων φύσιος ἀρχὴ, *parens deorum* Venus dicitur; nam φύσις hic et Odar. LI, 29. est *origo*.

v. 9. νιν poëtice pro αὐτήν.

ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι,
μόνα κύμασιν καλύπτει.
ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ,
βρύον ὡς ὕπερθε λευκὸν,
ἁπαλοχρόου γαλήνας,
δέμας ἐς πλόον φέρουσα,
ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.
ῥοδέων δ' ὕπερθε μαζῶν,

v. 10. ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι, *quae nefas est conspici*, hoc est, *partes genitales*.

v. 11. μόνα referri debet ad ὅσα, *ea sola fluctus tegit*, *quae nefas est conspici*.

v. 12. ἀλάλημαι est *erro*. Hesych. ἀλαλήμενος· πλανώμενος.

ἐπ' αὐτά. ἐπὶ pertinet ad ἀλαλημένη, et ordo verborum est hic; αὐτὰ δ' ἐπαλαλημένη, ὡς βρύον λευκὸν ὕπερθε.

αὐτὰ, dorice pro αὐτή.

v. 13. βρύον est *alga*, *lana marina*, *muscus*, *Meergras*.

ὡς, *velut*, *tamquam*, nomini postpositum cum accentu scribitur, v. c. Homer. *Iliad.* II, 764. et III, 2.

ὕπερθε, *super*. Suid. ὕπερθε· ἐπάνω.

v. 14. ἁπαλοχρόου γαλήνας, *mari placido*, *bey Meeresstille*. Nam ἁπαλόχροος est proprie is, qui mollem cutem habet et teneram. Sed hoc loco idem est, quod *laeue*, *placidum*.

v. 15. δέμας ἐς πλόον φέρουσα, *corpus inclinans et ad natandum componens*.

v. 16. ῥόθιον est *vnda strepens*: venuste hic dicitur de vndis manu et brachio Veneris natantis percussis et hinc sonitum edentibus. Hesych. ῥόθιον· ῥεῦμα, κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον.

πάροιθεν, *ante*, *coram*.

v. 17. μαζὸς proprie est *mamma viri*, Theocrit. *Idyll.* III, 16. vti μαστὸς *mamma foeminae*, Euripid. *Orest.* 528. Sed subinde μαζὸς etiam de *mammis mulierum* occurrit, vt h. l. et Eurip. *Hecub.* 143. vid. supra ad Odar. XX, 13. μαζοὶ ῥόδεοι sunt *mammae pulcrae*.

ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς
μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.
μέσον αὔλακος δὲ Κύπρις,
κρίνον ὡς ἴοις ἑλιχθὲν,
διαφαίνεται γαλήνας.
ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται
ἐπὶ δελφῖσιν χορευταῖς
δολερὸν νόον μερόπων
Ἔρως, Ἵμερος, γελῶντες·

v. 18. ἔνερθε est *infra*. Hesych. ἔνερθεν· ὑποκάτω. ἁπαλὴ δειρὴ est *collum pulcrum*. vid. ad Odar. XXIX, 34.

v. 19. κῦμα τέμνειν, *secare fluctum*, est idem, quod v. 30. νήχεσθαι, *natare*.

κῦμα μέγα sunt *vndae profundae, alti fluctus*.

v. 20. αὖλαξ proprie est *sulcus, Furche*; sed hic eleganter dicitur de *lacuna*, quam corpus Veneris natantis in vndis efficit.

μέσον αὔλακος pro κατὰ μέσον αὔλακος.

v. 21. κρίνον ὡς ἴοις ἑλιχθὲν, *tamquam lilium violis insertum et implicatum*. Supra Odar. XXXIV, 7. erat: τὰ λευκὰ Ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

v. 22. γαλήνη hic proprie *vndae tranquillae*. vid. ad Odar. XXXVII, 4.

v. 23. ἄργυρος est idem hoc loco, quod λευκὸς, *albus, candidus*.

ὑπὲρ per Tmesin diuulsum est ab ὀχοῦνται. Sed ὑπεροχεῖσθαι est *inuehere*. ὑπεροχοῦνται ἀργύρῳ, *inuehuntur argento*.

v. 24. ἐπὶ δελφῖσιν χορευταῖς, *in delphinis saltantibus*, hoc est, *in delphinis ex argento conspicuis*.

v. 25. δολερὸν νόον μερόπων. Corruptionem huius loci optime Heinsius pater sustulit sic: δολεροὶ νέοι μέτωπον. Nam νέοι, *pueri*, sunt Ἔρως et Ἵμερος, in fronte autem *dolus* maxime se ostendit.

v. 26. Ἵμερος est *Jocus*. cf. Hesiod. *Theog*. 201. sq.

χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτὸς
ἐπὶ κυμάτων κυβιςῶν
Παφίης τὸ σῶμα παίζει,
ἵνα νήχεται γελῶσα.

ODARIVM L.

Ἐπιλήνιος ᾠδή *).

ARGVMENTVM.

Hoc Odario continetur hymnus torcularius, quo Bacchi laudes celebrantur.

Τὸν μελανόχρωτα βότρυν
ταλάροις φέρουσιν ἄνδρες
μετὰ παρθένων ἐπ᾽ ὤμων·

v. 27. χορὸς ἰχθύων κυρτὸς est *chorus curuatus piscium circumdans Venerem natantem.*

v. 28. κυβιςᾶν est *saltare in capite*, venuste hic dicitur de laetis piscibus natantem Venerem cingentibus.

v. 29. Παφίη, *Paphia*, Venus dicitur a Papho, vrbe Cypri. vid. supra ad Odar. XXIX, 37.

παίζειν, *ludere*, *titillare*.

ODARIVM L.

*) ἐπιλήνιος ᾠδὴ est carmen, quod torculatores inter calcandum vuas in honorem Bacchi canebant. vid. Rittershus. ad Oppian. Cyneg. I, 127.

v. 1. μελανόχρως, a χρόα, *color*, est *colore niger*. μελανόχρως βότρυς sunt *vuae rubentes*, *nigrae*.

v. 2. τάλαρος est *fiscella e viminibus facta*, *geflochtnes Körbchen*. Suid. τάλαρος· καλαθίσκος, κόφινος μικρός.

ἄνδρες, *iuuenes*.

κατὰ λῆνον δὲ βαλόντες
μόνον ἄρσενες πατοῦσι
ςαφυλὴν, λύοντες οἶνον,
μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες
ἐπιληνίοισιν ὕμνοις,
ἐρατὸν πίθοις ὁρῶντες
νέον ἐς ζέοντα Βάκχον·
ὃν ὅταν πίῃ γεραιὸς,
τρομεροῖς ποσὶν χορεύει
πολιὰς τρίχας τινάσσων·
ὁ δὲ παρθένον λοχήσας
ἐρατὸς νέος μεθυσθεὶς,

v. 4. κατὰ hoc loco pro εἰς, *in*.

ληνὸς est *torcular*. Hesych. ληνός· ὅπου ςαφυλὴ πατεῖται.

v. 5. πατεῖν est verbum proprium in hac re, vt latinum *calcare*, *keltern*. cf. Odar. XVII, 14.

v. 6. λύειν οἶνον est *vinum exprimere*. vid. supra ad Odar. XLVIII, 8.

v. 7. μέγα, *valde*, pro μάλα.

κροτεῖν est *plaudere*, *plausu comprobare*, *celebrare*, *laudare*, vt h. l.

v. 8. ὕμνοι ἐπιλήνιοι sunt *carmina, quae canuntur in honorem Bacchi, quum vuae calcantur*. De vocabulo ὕμνος supra diximus ad Odar. IX, 12.

v. 9. ἐρατὸς, *gratus*, *suauis*, *amabilis*, cohaeret cum voce πίθοις, *ipsis doliis gratum*, scilicet *mustum*. Hesych. ἐρατόν· ἐράσμιον, ἡδὺ, ποθεινὸν, ἐπιθυμητόν.

v. 10. νέος Βάκχος, *recens Bacchus*, hoc est *mustum*, *Most*. Nam Βάκχος hic ponitur pro *vino*.

v. 12. τρομερὸς, *tremulus*, *zitternd*, exquisite hic dicitur de pedibus senis vacillantibus.

v. 13. τινάσσειν, *quatere*, *quassare*.

v. 14. λοχᾷν est *insidiari*, *obseruare*. Hesych. λοχᾷ· θηρεύει, λεληθότως ἐνεδρεύει. Est a λόχος, *insidiae*.

ἁπαλὸν δέμας χυθεῖσαν
σκιερῶν ὕπερθε φύλλων,
βεβαρημένην ἐς ὕπνον,
ἐς ἔρωτ᾽ ἄωρα θέλγει,
προδότιν γάμων γενέσθαι·
ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων
τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει.

v. 16. *δέμας* pro *κατὰ δέμας*.

χυθεῖσαν, *fusam*, (a *χύειν*, *fundere*,) *hingegossen*. Sic etiam Ouid. *ex Pont.* III, 3. 8. *Fusaque erant toto languida* membra *vino*. Virgil. *Georg.* II, 572. fusus *per herbam*. Supra Odar. IV, 3. erat *τορέσας*, vbi vid. quae annotauimus.

v. 17. *σκιερὸς* proprie est *vmbrosus*, deinde *densus*, vt hoc loco. Sic supra Odar. XXXVII, 8. *σκιαὶ νεφελῶν*, *nubes densae*. *φύλλα σκιερὰ* est ergo *frons densa et viridis*.

ὕπερθε, *super*. Odar. IV, 1. est *ἐπί*.

v. 18. *βεβαρημένην ἐς ὕπνον*, *somno grauatam et oppressam*, *somno lapsam*, pro *ὕπνῳ*. cf. Virgil. Aen. VI, 520. vid. supra ad Odar. III, 5.

v. 19. *ἄωρος* idem est quod *ἄκαιρος*, *intempestiuus*, *indecenti tempore*, et *ἄωρα* hic vim habet aduerbii, vt supra Odar. IV, 7. *οἷα* pro *οἷον* et v. 12. *μάταια* pro *ματαίως*. vid. quae ibi notauimus. Hesych. *ἄωρον*· *ἀπρεπὲς*, *ἄκαιρον*.

θέλγειν, *allicere*, *pellicere*, et *ἄωρα θέλγειν* est *intempestiue pellicere*, subaudi *θυμὸν λόγοις*. Sic Homer. *Odyss.* I, 56. Vlyssem, vt obliuisceretur Ithacae, Calypso dicitur *θέλγειν μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι*. Est enim *θέλγειν*, Eustathio interprete, quasi *εἰς τὸ θέλειν ἄγειν*.

v. 20. *προδότις γάμων*, *proditrix nuptiarum*, hoc est, *quae noctem dat ante*, *quam dare eam debuerat*, *quae copiam corporis ante facit*, *quam par est*. Nam *προδιδόναι* saepenumero idem est, quod *prius dare*, *ante concedere*. Sed *γάμος* nonnumquam ponitur pro *συνουσία*, *coitus*. Spanhem. ad *Callim. hymn. in Del.* 240.

v. 21. *Qui verbis nil efficit*.

v. 22. *ἄγχειν* est *vim in-*

μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
μεθύων ἄτακτα παίζει.

ODARIVM LI.

Εἰς ῥόδον.

ARGVMENTVM.

Laudes rosae celebrantur.

Στεφανηφόρου μετ' ἦρος
μέλπομαι ῥόδον τέρεινον·
σὺν, ἑταῖρα, δεῖ μέλπειν.

ferre, vi cogere, comprimere, vitiare.

v. 23. ὁ Βάκχος, hoc eſt, *vinum.*

v. 24. ἄτακτα pro ἀτάκτως, vt v. 19. ὥρα. Sed παίζειν ἄτακτα eſt *petulanter ludere, ad laſciniam et petulantiam impellere.*

ODARIVM LI.

Hoc odario continetur σκολιὸν, id eſt, carmen, quod cum amica poeta alternis canit, ita vt v. 1 — 10. loquatur poëta, v. 11 ad 15. puella, v. 16 — 18. iterum poëta, v. 19 — 28. rurſus puella, v. 29 — 40. poëta et v. 41. denique ambo ſimul.

v. 1. ϛεφανηφόρος, *coronam geſtans, corona cinctus.*

μετ' ἦρος, *vna cum vere, vere ſocio et adiutore.*

v. 2. τέρεινον forma inſolentior et obſoleta pro τέρεν. Sed τέρην eſt *tener, mollis.*

v. 3. σὺν pertinet ad μέλπειν et ex antecedente verſu τὸ ῥόδον ſubintelligendum.

δεῖ, *decet, par eſt, iuuat.*

ἑταῖρα. vid. ſupra ad Odar. IV, 15. XXVIII, 5.

τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,
τόδε καὶ βροτῶν χάρημα,
Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
πολυανθέων Ἐρώτων,
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα,
τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.
γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν

v. 4. ἄημα proprie *ſpiritus, flatus venti*, deinde, vt hoc loco, *odor*. Heſych. ἄημα· πνεῦμα, φύσημα. Suid. ἄημα· ἡ πνοὴ τοῦ ἀνέμου. Sed roſa hic propterea vocatur θεῶν ἄημα, *deorum aura, odor*, quia dii auras carpunt odore vnguenti roſacei, id eſt ambroſiae infectas. Hinc v. 43. roſa φυτὸν ἄμβροτον vocatur. cf. Hom. *Iliad.* I, 528. V, 338.

v. 5. χάρημα et χάρμα, *voluptas, gaudium*. Et roſa eſt βροτῶν χάρημα, eo quod frequens roſarum vſus apud veteres fuit in conuiuiis. cf. Odar. V, 3. ſqq.

v. 6. Χάρισιν. vid. ſupra ad Odar. V, 11.

ἄγαλμα proprie eſt *oblectamentum, voluptas, deliciae*, et idem quod χάρημα, vt hoc loco. Sed Gratiae et Venus quaſi praecones finguntur veris, et inde hic roſa dicitur *voluptas Gratiarum*. cf. Fiſcher ad h. l.

ἐν ὥραις. vid. ad Odar. III, 1. ὧραι Ἐρώτων ſunt *ver* et *aeſtas*; nam tum Amores ſaltant, vt Gratiae. Sed Amores vocantur πολυανθεῖς, quia geſtant coronas roſeas, praeſertim cum ſaltant. cf. Horat. 1. *od.* III, 6. ſqq.

v. 8. ἄθυρμα, vti παίγνιον, proprie eſt luſus puerilis. vid. ſupra ad Odar. VI, 10. Sed hoc loco idem eſt, quod ἄγαλμα v. 6. *deliciae, voluptas*.

v. 9. μέλημα, *deliciae*. Heſych. μέλημα· οὗτινος ἄν τις φροντίζῃ, ἀγάπημα. vid. ſupra ad Odar. V, 7.

μῦθοι hic ſunt *carmina*. Senſus eſt: *roſa etiam a poëtis celebratur*.

v. 10. Nam roſa ſacra Muſis erat.

v. 11. Iam incipit puella canere.

ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς·
γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν
μαλακαῖσι χερσὶ, κούφως
προσάγοντ' Ἔρωτος ἄνθος.
ὡς σοφῷ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν
θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,

πεῖρα est *conatus, periculum,* et πεῖραν ποιεῖν est *periculum facere, tentare.* Sed *tentare rosam* hic nihil aliud est, quam eam *naribus admouere.*

v. 12. ἀταρποὶ proprie sunt *deuerticula, Schleifwege,* quibus opponuntur λεωφόροι, *viae publicae, regiae, Heerstrassen.* ἀταρποὶ ἀκάνθιναι sunt *viae spinis obsitae.*

v. 13. αὖ, *vero.* cf. Odar. XVI, 2.

λαβόντι θάλπειν, *rosam decerpenti.* θάλπειν proprie est *calefacere.* Hesych. θάλπω· θερμαίνω. Sed hoc loco *terere, tractare.*

v. 14. μαλακαῖσι. vid. ad Odar. XXII, 4. κούφως, *leviter.*

v. 15. προσάγειν est *naribus admouere.*

Ἔρωτος ἄνθος, *flos Cupidinis,* est rosa: erat enim Cupidini sacra. vid. ad Odar. V, 1. Sensus est: *dulcis est rosa in semitis, si quis eam teutet,* i. e. se inclinet, vt eius odorem hauriat: *dulcis ea item est, si quis eam decerpat.*

v. 16. Hic poëta rursus loquitur.

ὡς referri debet ad τερπνόν. Sensus est: *quam grata est rosa poëtis!* Nam σοφὸς hoc loco est *poëta,* vti v. 23. vid. ad Odar. XLIII, 16.

v. 17. θαλίαι sunt *conuiuia publica* in festis deorum solemnibus fieri consueta, et τράπεζαι sunt *conuiuia priuata.* cf. Euripid. *Orest.* 811. Aeschyl. *Prometh.* 530. Hesiod. *Theog.* 977. et Ἔργ. 115. 229. θαλίαι, quae lautae erant et splendide et opipare instructae, vere ineunte celebrabantur. Theocrit. *Idyll.* VI, 3. Dicuntur inde a θάλλειν, *virescere.* Sed conuiuiis interesse solebant poëtae, artis musicae periti, qui carmina vel recitarent, vel canerent. cf. Pindar. *Olymp.* I, 18.

Διονυσίαις θ᾽ ἑορταῖς.
τί δ᾽ ἄνευ ῥόδου γένοιτ᾽ ἄν;
ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς,
ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι·
ῥοδόχρους δὲ κ᾽ Ἀφροδίτα
παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.
τόδε καὶ νόσοισιν ἀρκεῖ,
τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει,
τόδε καὶ χρόνον βιᾶται·
χαρίεν ῥόδων δὲ γῆρας

v. 18. Διονύσιαι ἑορταὶ funt *Liberalia*, hoc eft, facra Bacchi maiora, quae menfe Elaphebolione celebrabantur, in quibus foeminae coronas geftabant rofaceas. Nam flos rofae facer erat Baccho.

v. 19. Hic rutfus puella loqui incipit.

v. 20. Ἠὼς, *Aurora*, dicitur ῥοδοδάκτυλος, *rofeos digitos habens*, id eft, *pulcra*. cf. Clark et Ernefti ad Homer. *Iliad*. I, 477.

v. 21. ῥοδόπηχυς, *rofeas vlnas habens*, id eft, *pulcra*, etiam *Aurora* dicitur apud Theocrit. *Idyll*. II, 148. et Homer. *hymn. in Sol*. 6. Sed hic Nymphae ῥοδοπήχεες vocantur.

v. 22. ῥοδόχρους, *rofeus*, hoc eft, *venuftus*.

v. 23. σοφῶν. cf. Fifcher ad h. l. vid. quae fupra ad v. 16. notauimus.

v. 24. ἀρκεῖν eft *opitulari*, *prodeffe*, *mederi*. cf. Aelian. *var. hift*. XII, 1. Hefych. ἀρκοῖ· προςαρκοῖ, βοηθοῖ.

v. 25. νεκροῖς. Solebant Graeci demortuorum cadavera floribus ornare et rofaceo vngere, quo oftenderent, eos iam ab omnibus huius vitae incommodis ac miferiis effe liberatos. Ita de Hectoris cadauere a Venere curato Homer. *Iliad*. XXIII, 186. cf. Plin. *hift. nat*. XXI, 4. et *Guy's Litterar. Reife nach Griechenl*. Vol. 1. pag. 249.

ἀμύνειν hic eft *defendere a putredine*.

v. 26. χρόνον βιᾶσθαι, *vim inferre tempori*, hoc eft, *tem-*

νεότητος ἔσχεν ὀδμήν.
φέρε δὴ φύσιν λέγωμεν.
χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης
δεδροσωμένην Κυθήρην
ἐλόχευε Πόντος ἀφρῷ,
πολεμόκλονόν τ' Ἀθήνην
κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεὺς,
φοβερὴν θέαν Ὀλύμπῳ,
τότε καὶ ῥόδων ἀγητῶν

pore confici non posse. Nam rosa in senectute quoque suavem odorem emittit.

v. 28. ἔσχεν vim praesentis habet, *solet habere, habet.*

v. 29. φύσις hic est *origo.*

λέγωμεν. Spectat sodales et conuiuas, ad quos orationem poëta conuertit.

v. 30. χαροπὸς, *caeruleus.* χαροπὴ θάλασσα est hoc loco *mare placidum, tranquillum,* et idem quod Odar. XLIX, 14. ἁ[illegible]λόχροος γαλήνη.

v. 31. δεδροσωμένην, *rore adspersam, madidam.* vid. ad Odar. XXIX, 9.

v. 32. λοχεύειν, *parere.* Hesych. λοχεύει· τίκτει, γεννᾷ. De Venere e spuma maris nata vid. Hesiod. *Theogon.* 190. sqq. Sed de rosarum origine Bion *Idyll.* I, 66. et *Bürger Gedichte* pag. 12.

v. 33. πολεμόκλονος, *bellicosus, pugnax,* Mineruae epitheton. cf. Homer. *Batrach.* 267. Orph. *hymn.* XXXI, 2. etiam Martis. Orph. *hymn.* LXIV, 4. cf. Spanhem. *ad Callim.* pag. 575.

v. 34. κορυφὴ proprie est *vertex capitis*, deinde *caput*, vt hoc loco. Hesych. κορυφή· κεφαλή.

δεικνύειν, *ostendere*, hic est *proferre.*

v. 35. Ὄλυμπος est mons Thessaliae, qui sedes esse Deorum credebatur. vid. cel. Volborth. *disput. de Olympo, Thessaliae monte, Deorum sede, Gottingae* 1776. 4to. Sed hoc loco ponitur pro *coetu deorum,* qui v. 39. μακάρων θεῶν ὅμιλος dicitur.

v. 36. ἀγητὸς, *admirabilis, praestans, nobilis.*

νέον ἔρνος ἤνθισε Χθὼν
πολυδαίδαλον λόχευμα.
μακάρων θεῶν δ' ὅμιλος,
ῥόδον ὡς γένοιτο, νέκταρ
ἐπιτέγξας, ἀνέτειλεν
ἀγέρωχον ἐξ ἀκάνθης
φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

v. 37. ἔρνος ῥόδων, *ſpina roſarum ferax, Roſenſtock.*

ἀνθίζειν eſt *edere, proferre.*

v. 38. λόχευμα πολυδαίδαλον eſt *opus artificioſum, ingenioſe factum.*

v. 39. μάκαρες dii vocantur. vid. ſupra ad Odar. XLIII, 1.

v. 40. νέκταρ, deorum potus, colore rubro fuit. Homer. *Odyſſ.* V, 93. et *Iliad.* XIX, 38. νέκταρ ἐρυθρὸν dicitur.

v. 41. ἐπιτέγγειν, *ſuperfundere.*

ἀνατέλλειν hoc loco proprie eſt *propellere*, i. e. *proferre, iubere gigni et exſiſtere.*

v. 42. ἀγέρωχος, *ſuperbus, ſplendidus, inſignis.* Sed roſa ſic dicitur propter formam amoenam et colorem eximium.

v. 43. Hoc verſu ambo canunt ſimul.

φυτὸν ἄμβροτον roſa dicitur ob ſuauitatem odoris, quem numquam omnino amittit. vid. ſupra ad v. 26.

ODARIVM LII.

Εἰς ἑαυτόν.

ARGVMENTVM.

Poëta ostendit se maxime moueri delectationibus iuuenum.

Ὅτ᾽ ἐγὼ νέων ὅμιλον
ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα.
τότε δὴ, τότ᾽ ἐς χορείην
ὁ γέρων ἐγὼ πτεροῦμαι.
περίμεινόν με, Κυβήβα,
παράδος, θέλω στέφεσθαι.
πολιὸν ἑκὰς δὲ γῆρας.
νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δ᾽ ἐμοί τις

ODARIVM LII.

v. 1. 2. Sensus est: *quando coetum conspicio iuuenum, tum videor mihi repuerascere.*

v. 3. 4. ἐς χορείην πτεροῦσθαι, *rapi ad saltationem, pronum ferri ad choreas ducendas, gestire.*

v. 5. περίμεινόν με, *exspecta me.* Poeta iubet puellam manere, et sibi flores tradere, e quibus corollam nectat caputque cingat. Nam Κυβήβη hic puella, quam poeta cognouerat, fortasse ancilla eius.

v. 6. παράδος subaudi ῥόδα. Digito enim puellae indicabat poeta.

θέλω στέφεσθαι, *cupio corona cingi.*

v. 7. ἑκὰς, subaudi ἔστω, est proprie particula, qua profani a sacris arcebantur hoc modo: ἑκὰς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρὸς, *procul hinc, procul* este *profani.* cf. Callim. *hymn. in Apoll.* 2.

v. 8. νέος ἐν νέοις χορεύσω. Nam v. 2. dixerat πάρεστιν ἥβα.

Φερέτω ῥόον ἀπ' ὀπώρης,
ἵν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν,
δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
δεδαηκότος δὲ πίνειν,
χαριέντως τε μανῆναι.

ODARIVM LIII.

Εἰς ἐρῶντας.

ARGVMENTVM.

Notam esse certam quandam, qua amantes possint agnosci.

Ἐπ' ἰσχίοις μὲν ἵπποι
πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι·

v. 10. ῥόος ὀπώρης Διονυσίης, *liquor fructus Dionysii*, est idem quod Odar. XXXVII, 12. νᾶμα Βρομίου, hoc est, *vinum*. De vocabulo ὀπώρη supra diximus ad Odar. XLVIII, 8.

v. 11. ἀλκὴ, *robur*, *vires*. Hesychius: ἀλκή· δύναμις, ἰσχύς.

v. 12. δεδαηκὼς est *qui novit*, *qui potest*. Hesych. δεδάηκεν· ἔμαθεν, μεμάθηκεν, ἔγνω.

εἰπεῖν pro ᾄδειν, *canere*. vid. supra ad Odar. I, 1.

v. 14. χαριέντως μανῆναι est *ebrium saltare*. vid. supra ad Odar. XIII, 12.

ODARIVM LIII.

v. 1. ἰσχίον, *coxa*, ἰσχία, *clunes*, *Hüften*. Hesych. ἰσχία· τὰ ὑπεράνω τῶν μηρῶν. Proprie ἰσχίον est os illud, in quod caput femoris inseritur. vid. Degen in indice Anacr. et qui ibi laudantur.

v. 2. χάραγμα, a χαράσσειν, *scalpero*, *imprimere*, est *nota*,

καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
ἐγνώρισεν τιάραις.
ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας
ἰδὼν ἐπίσαμ' εὐθύς.
ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν
ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

ODARIVM LIV.

Εἰς ἑαυτόν *).

ARGVMENTVM.

Meditatio mortis.

signum, vestigium impressum. Hic est *nota inusta*. Nam clunibus equorum quondam inurebatur nota. cf. Fischer ad h. l. Instrumentum, quo ad eam rem vtebantur, dicebatur *χαρακτὴρ*, etiam *τρυσίππιον*.

v. 3. Πάρθιοι, Parthi sunt Persae. Etiam apud Parthos morem obtinuisse inurendi notas, non modo equis, sed etiam seruis, auctor est Herodotus libro V.

v. 4. *τιάρα* erat *pileus turritus*, formam habens coni. Hesych. τιάρα· ἡ λεγομένη κυρβασία· ταύτῃ δὲ οἱ Περσῶν βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ· οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. Et Suidas: τιάρα· κόσμος ἐπικεφάλιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. vid. Fischer et Degen ad h. l.

ἐγνώρισεν, Aoristus hic vim habet Praesentis, *potest agnoscere*.

v. 7. 8. *λεπτὸν χάραγμα* est *nota tenuis* animo impressa amantium, cuius indicia et oculi sunt, et vox, et vultus.

ODARIVM LIV.

*) Sic titulus est in omnibus editionibus, si a Barnesii

Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη
κρόταφοι, κάρη δὲ λευκόν·
χαρίεσσα δ' οὐκ ἔθ' ἥβη
πάρα, γηραλέοι δ' ὀδόντες·
γλυκεροῦ δ' οὐκ ἔτι πολλὸς
βιότου χρόνος λέλειπται.
διὰ ταῦτ' ἀνασαλύζω
θαμὰ, Τάρταρον δεδοικώς.
Ἀΐδεω γάρ ἐστι δεινὸς
μυχὸς, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν

discesseris, qui inscripsit: Εἰς τὸ γῆρας.

v. 1. ἡμῖν ἤδη. cf. Homer. Odyss. XX, 272.

v. 2. κρόταφοι. vid. ad Odar. V, 4. VI, 1. XLII, 6.

κάρη pro κάρηνον, *caput*. vid. supra ad Odar. XXXVI, 9.

λευκόν. Homer. Iliad. XXII, 74. dixit πολιὸν κάρη. Etiam Hesychius πολιὸς interpretatur voce λευκός.

v. 3. χαρίεσσα ἥβη est *florens iuuentus*.

v. 4. πάρα, vt saepius, pro πάρεστι, *adest*.

γηραλέος, a γῆρας, *senectus*, est *senio confectus*; γηραλέοι ὀδόντες sunt *dentes luridi, atri, cariosi*. Etiam Hesychius γηραλέον explicat vocabulo μέλαν.

v. 5. et 6. βιότου. vid. supra ad Odar. IV, 8. Sensus est: *haud procul a morte absum, breui moriendum est*.

v. 7. ἀνασαλύζω pro σαλύζω, *fleo, lacrymor*. cf. Fischerus ad h. l.

v. 8. θαμὰ, *adsidue*. Hesych. θαμά· θαμινὰ, συνεχῆ.

Τάρταρος, *Tartarus*, locus inferorum. Hesychius: Τάρταρος· ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος.

v. 9. ἀΐδεω dorice pro ἀΐδου. vid. supra ad Odar. XXIX, 20.

v. 10. μυχὸς, *locus profundissimus, Abgruud, Tiefe*. Hesychius: μυχοί· οἱ ἐνδότατοι καὶ ἀπόκρυφοι τόποι. Ἀΐδεω μυχὸς idem est, quod v. 8. Τάρταρος.

κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον
καταβάντι μὴ 'ναβῆναι.

ODARIVM LV.

Εἰς τὸ πίνειν.

ARGVMENTVM.

Temperanter esse et hilariter vino fruendum.

Ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν, ὦ παῖ,
κελέβην, ὅπως ἄμυστιν
προπίω· τὰ μὲν δέκ' ἔγχει

ἀργαλέος, *molestus*, h. l. *horribilis*. Hesych. ἀργαλέη· χαλεπὴ, δεινή.

v. 11. κάθοδος, *descensus*.

v. 12. 'ναβῆναι pro ἀναβῆναι, vti supra Odar. IV, 17. 'νερτέρων pro ἐνερτέρων, XXI, 7. 'πικαίει pro ἐπικαίει, et XXXIII, 5. 'πὶ pro ἐπί. Caeterum ordo verborum hic est: καὶ γὰρ μὴ ἕτοιμον καταβάντι ἀναβῆναι. Similis locus est Homer. *Iliad.* IX, 406. Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστὴ, οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Et Virgil. *Aen.* VI, 126. *Facilis descensus Auerni; Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.* cf. Horat. 2. *od.* XIV, 5.

Caeterum seruauit hoc odarium Stobaeus in eclogis ethicis.

ODARIVM LV.

v. 2. κελέβη poculi genus lignei. cf. Athenaeus XI, 7. quem locum Fischer. excitat.

ἄμυστιν. vid. supra ad Odar. XXI, 2. et XXXI, 2.

v. 3. προπίω pro πίω. vid. supra ad Odar. IV, 3. IX, 29.

ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
κυάθοιο, ὡς ἀνυβριστὶ
ἀναδεύων βασσαρήσω.
ἄγε δῶτε. μηκέθ' οὕτω
πατάγῳ τε κἀλαλητῷ
Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ
μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς

v. 4. ὕδατος. vid. ſupra ad Odar. XXXVI, 10.

v. 5.] κύαθος erat vas figulinum vel aeneum, quo vinum hauriebatur, capiens duodecimam partem ſextarii, Heſych. κύαθος· ἀντλητήριον.

ἀνυβριστὶ, *contumeliae expers*, h. e. tranquille, amice.

v. 6. ἀναδεύων, ſubaudi ἐμαυτὸν, *irrigans me*, hoc eſt, *vino madens*.

Βασσαρεὺς, cognomen fuit Bacchi, a voce Thracica βασσαρὶς ſiue βάσσαρος, *vulpes*. Solebant enim Bacchae vti pellibus vulpinis pro veſtibus in Bacchanalibus. Inde βασσαρεῖν, pellibus vulpinis veſtitum eſſe, hoc eſt, *ſacra Bacchi celebrare*. Sed hoc loco βασσαρεῖν ἀνυβριστὶ omnino eſt idem, quod Odar. LII, 14. χαρίεντας μανῆναι, hoc eſt, *ita hilarem eſſe, vt neque rixere, neque vociferere*. vid. ſupra ad Odar. XIII, 12.

v. 8. πάταγος, a πατάσσειν, *percutere*, eſt proprie *fragor, ſtrepitus*. Heſychius et Suidas interpretantur voce ψόφος, κτύπος. Sed hoc loco πάταγος eſt *rixae potatorum*.

ἀλαλητὸς proprie eſt clamor militum ante pugnam: tum enim ſolebant inclamare ἀλαλὴ ſiue ἀλαλά. Inde ἀλαλάζειν, clamorem in pugna tollere. cf. Sophocl. *Antig*. 133. Sed hic ἀλαλητὸς eſt *clamor, tumultuatio potatorum*.

v. 9. Σκυθικὴν πόσιν. Solebant enim Scythae et Thraces in compotationibus tumultuari et clamorem tollere, etiam rixari. cf. Perizon. ad Aelian. var. hiſt. II, 41. Inde Horat. 1. *od*. XXVII, 1. ſqq. *Natis in vſum laetitiae ſcyphis Pugnare, Thracum eſt: tollite barbarum Morem, verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis*.

ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις.

ODARIVM LVI.

Εἰς Ἔρωτα.

ARGVMENTVM.

Adferuntur caussae, cur Cupido sit carminibus celebrandus.

Τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἁβρὸν
μέλπομαι, βρύοντα μίτραις
πολυανθέμοις ἀείδων.
ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης·
ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει.

v. 11. ὑποπίνειν pro simplici πίνειν.

ὕμνοι καλοὶ sunt *carmina casta, pudica.*

Est hoc odarium apud Athenaeum X, 7.

Odarivm LVI.

v. 1. ἁβρὸς, *mollis, delicatus*, hoc loco est *cultus, ornatus*: nam v. 2. dicitur Cupido βρύων μίτραις πολυανθέμοις, *plenus*, siue *abundans coronis e variis floribus contextis.*

v. 2. βρύειν proprie est *emanare, prorucre*, deinde *fundere*, vid. Odar. XXXVII, 2. rum denique omnino *plenum esse, abundare*, vt hoc loco.

μίτρα est proprie fascia, quo caput obligatur, diadema, sed hoc loco *corona.* cf. Fischerus ad h. l.

v. 3. πολυάνθεμος, *multis floribus instructus*, est in epithetis veris. cf. Odar. XXXIX, 10.

v. 4. δυνάστης θεῶν Cupido dicitur, fere vt supra Odar. IX, 10. Bathyllus τῶν ἁπάντων κρατέων καὶ τύραννος, *qui amorem omnibus instillas, omnes amore incendis.*

v. 5. δαμάζειν est *domare*,

ODARIVM LVII.

Εἰς Ἄρτεμιν.

ARGVMENTVM.

Poëta Dianam, deam tutelarem Ephesiorum, inuocat, vt a ciuitate imminens malum auertat.

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε
ξανθὴ παῖ Διὸς, ἀγρίων
δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν.

---

subigere. Sic Odar. X, 11. Cupido vocatur παντοῤῥέκτης, *qui animos hominum inflammat amore Veneris.*

Caeterum hoc fragmentum nobis seruauit Clemens Alexandr. *Stromat.* lib. VI.

Odarivm LVII.

De infortunio, quod caussam poëtae dederat carminis pangendi, silent historiae. In reliquis interpretum coniecturis proxime videtur ad veritatem accedere sententia Schneideri, qui hoc odarium Anacreontem fecisse putat tum, cum interfecto Polycrate Ephesum aufugerat, vnde sane poterant Ephesii vim Oroetis metuere, qui Polycrati necem intulisset. cf. *Wahl Einleitung zu den Liedern der Liebe von Sappho und Anacreon* pag. 39. sq.

v. 1. γουνοῦμαι, a γόνυ, *genu, genu flexo orare, supplicari.* Hesych. γουνέομαι· ἱκετεύομαι. Sophocles *Antig.* 1230. dixit: ἱκέσιος λίσσομαι.

ἐλαφηβόλος, *ceruorum iaculatrix*, est proprium Dianae epitheton. cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 17. Hesych. ἐλαφηβόλος· κυνηγός.

v. 2. ξανθὴ, flaua, hoc est, *formosa, venusta.*

v. 3. δέσποινα, *hera.* Sic serui *heram* vocabant, vti herum ἄνακτα. cf. Aristoph. *Plut.* 644. vid. supra ad Odar. IX, 31.

ἴκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
δίνῃσι, θρεσκαρδίων
ἀνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν
χαίρουσ᾽· οὐ γὰρ ἀνημέρους
ποιμαίνεις πολιήτας.

ODARIVM LVIII.

Εἰς κόρην.

ARGVMENTVM.

Comparatio superbae puellae cum equo ferociente.

Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με

v. 4. ἴκου, *fer opem.* Nam ἵκειν dicuntur Dii vel malos punientes, vel adflictos et suppressos iuuantes et liberantes.

Ληθαιός, *Lethaeus*, erat amnis Asiae minoris, Ephesum et Magnesiam praeterfluens.

v. 5. δίνη, *vortex.* δῖναι Ληθαίου, *vortices Lethaei*, poëtice pro *Lethaeus.* Hesych. δίνη· συςροφὴ ὑδάτων.

θρεσκάρδιος, *timidus, pauidus.*

v. 6. ἐγκαθορᾶν est *respicere*, h. e. *opem ferre, tueri.*

v. 7. χαίρουσα, h. e. *propitia, fauens.*

ἀνήμερος, ex α priv. et ἥμερος; *humanus*, est *inhumanus, barbarus, immitis, ingratus, impius.* Hesych. ἀνήμερον· ἄγριον.

v. 8. ποιμαίνειν est *regere, imperare.* Hesych. ποιμήν· βασιλεύς. Sensus est: *Ephesii tibi gratulabuntur, gratum tibi animum probabunt.* Nam Ephesii et Magnesii erant in tutela Dianae.

ODARIVM LVIII.

v. 1. πῶλος proprie est *pul-*

λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ
μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;
ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν σοι
τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,

las equinus, quemadmodum *σκύμνος pullus leonis*. Sed deinde de pullis animantibus cuiusque generis dicitur. Solent puellae a poëtis nonnumquam conferri cum equabus. Sic apud Euripidem in *Hecub*. 143. et 205. filia Hecubae dicitur πῶλος. Potissimum vero amicae et meretrices dicuntur πῶλοι. Hesychius: πῶλος· ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους, ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. cf. Theocrit. *Idyll*. XVIII, 30. et Canticum Salom. I, 9. Id quod imitati poëtae Latinorum, velut Horat. 2. *od*. V, 1. 1. *od*. XXIII. et 3. *od*. XI. cf. etiam Aelian. *var. hist*. IV, 11. et Iani ad Horat. 2. *od*. V, 1. Sunt autem Thracii equi caeteris ferociores: propterea poëta puellam suam hic nominat πῶλον Θρηκίην, quod noluerit ipsi obsequi. vid. Fischer ad h. l. et Schneider in *Anmerk. über den Anacr*. p. 100.

δὴ, *quaeso*, *tandem*, in interrogationibus. Eamdem vim supra Odar. IX, 6. habet δὲ, et Odar. XLIX, 1. 2. 5. ἄρα.

v. 2. λοξὸς, *limus*, *obliquus*. Hesych. λοξός· πλάγιος, ἐπικαμπής.

βλέπειν hoc loco est *vultum habere*. λοξὸν ὄμμασι βλέπειν, *obliquis*, *limis oculis spectare*, est *vultu contemnere ac spernere*. cf. Theocrit. *Idyll*. XX, 13.

v. 3. νηλεῶς, *dure*, *crudeliter*, *inhumane*. Hesychius: νηλεῶς· δεινῶς, ἀναιδῶς, καὶ τὰ ὅμοια.

v. 4. σοφὸς est hoc loco poëta. vid. supra ad Odar. LI, 23. Videris non nosse, me esse poëtam, id est, *habes me pro insulso capitone et harum rerum imperito*.

v. 5. τοι habet vim adfirmandi, *sane*. cf. Harles ad *Anthol. gr. poët*. pag. 69. sq.

καλῶς, *scite*, *docte*.

v. 6. χαλινὸς est *frenum*, *habena*.

ἡνίας δ᾽ ἔχων ϛρέφοιμι
ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις·
δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

v. 7. ἡνία eſt *lorum*, *retinaculum*.

ἔχων ἡνίας, *tenens lora*, id eſt, *cum loris*.

v. 8. τέρμα. De ſignificatione huius vocabuli diximus ſupra ad Odar. XXIV, 7. Hoc loco eſt *meta*: *verſauerim circa metas curriculi*. Sed *meta* fuit corpus ex vna baſi adſurgens in acutum faſtigium, quod poſitum erat in ſpina extrema circi, vt ne ſpinam aurigae tangerent. cf. Horat. 1. *od.* I, 4. Etiam Heſych. τέρμα interpretatur voce καμπτήρ. In ſtadio vero *meta* dicitur pro fine. Sed hic de *circo* ſermo eſt.

δρόμος eſt *circus*, *curriculum*.

Senſus itaque verborum a v. 5-8. eſt *callide te ſubigam*.

v. 9. λειμῶνας pro κατὰ λειμῶνας, *per prata*. Nam λειμὼν eſt *pratum*. Heſych. λειμών· — ἀνθηρὸς τόπος.

v. 10. κοῦφα, adiect. neutr. plur. pro aduerbio, *petulanter*, *proterue*. Sic Odar. IV, 12. μάταια pro μάτην. vid. quae ibi monuimus.

σκιρτᾷν eſt *ſalire*, *ſaltu laſciuire*, *exſultare*, et vſurpatur de *capris*, *vitulis* et *pullis equinis*. cf. Euripid. *Hecub.* 524. Theocrit. *Idyll.* I, 152. Homer. *Iliad.* XX, 226.

παίζεις σκιρτῶσα, *ludis exſultim*, vt ait Horat. 3. *od.* II, 10.

v. 11. δεξιὸς, *dexter*, hoc loco eſt *ſcitus*, *peritus*, *doctus*. Heſych. δεξιός· συνετὸς, ἀγαθός.

ἱπποπείρης, *peritus rei equeſtris*, eſt explicatio vocis δεξιός.

v. 12. ἐπεμβάτης, *vector equi*. Δεξιὸς ἱπποπείρης ἐπεμβάτης, *doctus ſeſſor*. Senſus eſt: *nondum es ſubacta ac domita*.

Seruauit hoc odarium Heraclides Ponticus *Allegoriar. Homer.* pag. 414. Gal.

ODARIVM LIX. *)

Ἄτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν,
ὅς' ἐν ὕλῃ
κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ
μητρὸς ἐπτοήθη.

ODARIVM LX.

EX HEPHAESTIONE pag. 40.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ'!
οὐ γὰρ ἂν ἄλλῃ

ODARIVM LIX.

*) Legitur hoc fragmentum apud Athenaeum IX, 12. et Aelian. *hiſt. anim.* VII, 39.

v. 1. *νεβρὸς, hinnulus, cerva iunior.*

νεοθηλέα. vid. ſupra ad Odar. XLII, 15.

v. 3. *κερόεσσα,* a *κέρας, cornibus plena,* i. e. *vetula, ſenex.* Solent enim cum aetate cornua ceruorum augeri. Sed ceruae carent cornibus. Quî igitur poterit cerua dici *κερόεσσα*; cf. Horat. 1. *od.* XXIII, 1.

ODARIVM LX.

Eſt hoc odarium in Fiſcheri editione pag. 159. in Brunckii pag. 64. in Paui pag. 254. apud Baxterum Odar. LXIII.

v. 1. Ἀπό μοι θανεῖν Tmeſis pro ἀποθανεῖν μοι γένοιτο. *Mori mihi contingat.* Nam *γίνεσθαι* eſt *contingere, euenire.*

v. 2. ἄλλῃ, ſubaudi ὁδῷ.

λύσις ἐκ πόνων γένοιτ᾽
οὐδαμὰ τῶνδε.

ODARIVM LXI.

EX ATHENAEO XI, 4.

Φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ,
φέρε δ᾽ ἀνθεμεῦντας ἡμῖν
στεφάνους· ἔνεικον, ὡς μὴ
πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.

v. 3. *λύσις*, *liberatio*, vti *λύειν*, *liberare*, *liberum dare*, de quo verbo ſupra ad Odar. XXX, 7. diſputauimus.

πόνοι, *labores*, ſunt *vitae moleſtiae atque incommoda*. vid. ad Odar. XL, 1.

v. 4. *οὐδαμὰ* pro *οὐδαμῶς*, *nullo modo*, aduerbialiter.

ODARIVM LXI.

v. 1. *φέρ᾽ ὕδωρ κ. τ. λ.* cf. Odar. LV. et vid. quae ſupra ad Odar. XXXVI, 10. attulimus.

v. 2. *ἀνθεμεῦντες στέφανοι* ſunt *coronae floreae*, *ſerta florea*. cf. Odar. LII, 6.

ἔνεικον pro *ἔνεγκον*, ab obſoleto *ἐνείκω*, *adfero*. Sic *ἐνείκατε* apud Homer. Odyſſ. VIII, 393.

v. 4. *πυκταλίζειν* eſt *certare*, *dimicare*, proprie pugno. Senſus eſt: *vt amem*, *vt amori indulgeam*.

ODARIVM LXII.

EX ATHENAEO XV, 4.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων
ϛεφανίσκους θέμενοι, νῦν
θάλειαν ἑορτὴν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

ODARIVM LXIII.

EX ATHENAEO XIII, 2.

Ὦ παῖ παρθένιον βλέπων,
δίζημαί σε, σὺ δ' οὐκ ἀΐεις,
οὐκ εἰδὼς, ὅτι τῆς ἐμῆς
ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

Odarivm LXII.

v. 1. ἐπὶ δ' ὀφρύσιν. vid. ſupra ad Odar. XXVIII, 13.

v. 2. ϛεφανίσκοι σελίνων pro ἐκ σελίνων, *coronae ex apio nexae:* nam σέλινον eſt *apium.*

θέμενοι per Tmeſin diuulſum eſt ab ἐπὶ, pro ἐπιθέμενοι.

v. 3. θάλειος, *virens*, *floridus*, hic eſt, *laetus*, *hilaris.* θάλεια ἑορτὴ, *feſtum laetum.*

v. 4. ἀγάγωμεν pro διαγάγωμεν, *inſtituamus*, *celebremus.*

Odarivm LXIII.

v. 1. παρθένιον βλέπων, *qui vultum habes virgineum.* Nam βλέπειν eſt *vultum habere*, vti ſupra Odar. LVIII, 2.

v. 2. δίζημαι, *quaero*, *inueſtigo.*

ἀΐειν eſt *audire*, *aduertere.*

v. 4. ἡνιοχεύειν proprie, *habenis regere*, hoc eſt, *imperare*, *imperium tenere*, *in poteſtate habere.*

ODARIVM LXIV.

EX MAXIMO TYRIO, DISS. VIII.

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἕκητι
οἱ παῖδες ἂν φιλοῖεν.
χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω,
χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

ODARIVM LXV.

EX HEPHAESTIONE, ENCHIR. pag. 40.

Μεγάλῳ δ' ἦυτέ μ' Ἔρως
ἔκοψεν, ὥστε χαλκεὺς,
πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν
ἐν χαράδρῃ.

ODARIVM LXIV.

v. 1. ἕκητι idem est quod ἕνεκα, *caussa*, *gratia*, *propter*, *ob*.

v. 3. χαρίεντα, *venusta*.

ODARIVM LXV.

v. 1. ἦυτε ionice pro εὖτε, *quum*.

v. 2. ὥστε χαλκεὺς, id est, *grauissime*.

v. 3. χειμέριος, *hibernus*, hoc est *frigidus*.

v. 4. χάραδρα est *torrens*.

ODARIVM LXVI.

EX HEPHAESTIONE pag. 34.

Ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ
μικρὸν ἀποκλάς,
οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον· νῦν δ'
ἁβρῶς ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ
κωμάζων παιδὶ ἁβρῇ.

ODARIVM LXVI.

v. 1. ἀριστᾶν, *prandere*, ab ἄριστον, *prandium*. Prandio cibus continetur vel aridus vel certe non emollitus igne. Contrarium est δεῖπνον, cibus igne paratus, siue coctus sit, siue assatus. Ἄριστον siue prandium pro se quisque capiebat, sed δεῖπνον a tota familia communiter capiebatur, inde et σύνδειπνον et Latinis *coena* (a κοινὸς) vocatur. cf. Horat. 1. *Sat.* VI, 122. et Martial. IV, 14. ad quem locum videantur notae Ramiresii.

Ἴτριον est placentae genus ex melle. Etiamnunc Graecos maxime delectari placentis, docet Guy *litterar. Reise nach Griechenl.* P. I. pag. 119. Ἴτριον λεπτὸν, *placenta tenuis.*

v. 2. μικρὸν, subaudi μέρος. Inde patet, cibum aridum, vel panis frustulum, vel placentae vino tinctum, ad prandium adhibitum esse.

v. 3. κάδος, *cadus*, *situla*, erat mensurae genus liquidorum capiens sexaginta sextarios, (*dreyssig Kannen*). cf. Io. Casp. Eisenschmid *de ponderibus et mensur. ant.* Sect. 3. cap. 2. Sed hoc loco sine dubio est genus poculi, fortasse *scyphus*.

v. 4. ἐρόεσσαν, *dulcem*, *suavem*, *iucundam*.

v. 5. πηκτίδα. vid. ad Odar. VI, 10.

τῇ φίλῃ, *ad amasiam*, *amicam*. Nam φίλη idem est, quod supra Odar. XIII, 1. καλή.

v. 6. κωμάζων. vid. ad Odar. VI, 10.

ODARIVM LXVII.

Εἰς Μύριλλαν.

ARGVMENTVM.

Epithalamium, quo laudes celebrantur nouae nuptae formosissimae.

Θεαινῶν ἄνασσα, Κύπρι,
Ἵμερε, κράτος χθονίων,
Γάμε, βιότοιο φύλαξ,
ὑμέας λόγοις λιγαίνω,
ὑμέας ςίχοις κυδαίνω,

ODARIVM LXVII.

Exstat hoc odarium in Stephani fragmentis poëtar. lyricor. pag. 296. in Paui edit. Anacr. legitur pag. 292. in Fischeri et plerisque libris est Odarium LXII. Neque Brunckius, neque Degenius illud receperunt.

v. 1. Θεαινῶν ἄνασσα hic Venus eodem sensu dicitur, quo supra Odar. LVI, 4. Cupido θεῶν δυνάςης. cf. Fischer. ad h. l.

v. 2. Ἵμερος est *Iocus*. vid. ad Odar. XLIX, 26.

κράτος, abstractum pro concreto, est hoc loco *dominus*. Sic supra Odar. LVI, 4. Cupido dicitur βροτοὺς δαμάζειν.

v. 3. γάμος est *Hymenaeus*, nuptiarum deus. vid. ad Odar. XVIII, 13.

βιότοιο φύλαξ vocatur Hymenaeus, quia nuptiis efficitur, vt ne hominum genus intereat, sed vt propagetur et augeatur.

v. 4. λόγοι sunt *carmina*. Sic etiam λέγειν est *canere* Odar. I, 1.

λιγαίνειν, *canere*. vid. ad Odar. XXXIX, 3.

v. 5. ςίχοι etiam sunt *carmina*. Nam proprie ςίχοι sunt *lineae, ordines, series* rerum, v. c. arborum, literarum et similium. Inde *versus* et *carmina*.

Ἵμερον, Γάμον, Παφίην.
δέρκεο τὴν νεᾶνιν, δέρκεο, κοῦρε.
ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στρατόκλεις, φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις, ἄνερ Μυρίλλης,
ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·
κομάει, τέθηλε, λάμπει,
ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει·
ῥόδον ἐν κόραις Μύριλλα.

κυδαίνειν, laudare, celebrare. Hesych. *κυδαίνει· ἐγκωμιάζει.*

v. 6. Παφίη. vid. supra ad Odar. XXIX, 37.

v. 7. *δέρκεσθαι* est *videre.* Hesychius exponit verbis *ὁρᾶν, βλέπειν.*

νεᾶνις, femina iuuenis, siue virgo sit, siue nupta; hic Myrilla intelligitur, coniux vel sponsa Stratoclis.

κοῦρε, marite, vel *sponse.* v. 10. dicitur *ἄνερ.*

v. 8. *ἔγρεο*, pro *ἔγρεσο*, ab *ἔγρω* pro *ἐγείρω, excito, surge*, id est, *mature surge.* Hesych. *ἔγρεο· ἀνίστασο.*

μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα, ne te fugiat perdicis captura, hoc est, *vt puellam capias.* Sed puella vocatur *πέρδιξ* ob calliditatem. Nam perdices sunt vafri et domitu difficiles.

v. 11. *ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα*, vide vxorem vel sponsam *tuam.* Nam Graeci solent vti nomine *φίλος* pro pronomine possessiuo, *meus, tuus, suus.* Sic Tyrtaeus I, 25. *αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα, pudenda* suis *manibus tegens.* Homer. *Iliad.* I, 20. *παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην.* Callimach. *hymn. in Dian.* 25. *ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, sine labore e* suo *deposuit vtero.*

v. 12. *κομάει.* vid. ad Odar. XVIII, 17. *κομάει, τέθηλε, floret, viget*, id est, *matura viro est.*

λάμπει, egregie venusta est.

v. 13. 14. Sensus est: *rosa est flos omnium pulcherrimus; et Myrilla est puella omnium formosissima.*

15. Ἠέλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι,
κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

ODARIVM LXVIII.

Πρὸς ζωγράφον.

ARGVMENTVM.

Odarium mutilum recentioris auctoris, forte odarium XXVIII, imitati.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
λυρικῆς ἄκουε Μούσης,

v. 15. σέθεν, Aeolice pro σοῦ. δέμνιον est *stratum*, *lectus*. Hesych. δέμνια· στρώματα, κοῖται.

φαίνοι, *sol cubilia tua illustret*, hoc est, *cubes in lecto usque ad ortum solis*.

v. 16. κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ, scilicet Μυρίλλης. κυπάριττος proprie est *cupressus*, et hoc loco *membrum virile*. Sed κῆπος, *hortus*, est hic *pudendum*, siue *membrum genitale* Myrillae. Hesych. κῆπος· — τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν. cf. Theocrit. *Idyll.* XVIII, 28. sqq. vid. Fischer. ad h. l.

πεφύκοι, *nascatur*, *sit*.

ODARIVM LXVIII.

Hoc odarium, quod in aliis Anacreontis editionibus, v. c. Fischeri, XLIX. est, in aliis, velut Degenii, XLVIII, a Brunckio ex Anacreonticis relegatum et διαφόρων ποιητῶν ἡμιαμβίων Ἀνακρεοντείων tertio loco positum est pag. 69. editionis tertiae.

v. 1. ζωγράφων ἄριστε... vid. supra ad Odar. XXVIII, 1.

v. 2. Sensus est; *audi, pictor, poëtam lyricum, qui, quid pingi cupiat, te statim docebit.* Nam Μοῦσα hoc loco est *poëta*, *vates*.

γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
ἱλαρὰς τε καὶ γελώσας·
φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας
ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς.
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,
γράφε καὶ νόμους φιλούντων.

v. 3. τὰς πόλεις, *oppida*, id eſt, *incolas oppidorum*, per ſynecdochen.

τὸ πρῶτον. Quoniam nil amplius ſequitur, manifeſtum eſt, hic aliquid deeſſe.

v. 4. γελώσας,' *iocantes.* vid. ſupra ad Odar. VI, 3. Cauſſa laetitiae et hilaritatis verſu 5. adfertur. Volebat enim poëta depingi incolas oppidi Bacchi ſacra celebrantes.

v. 5. φιλοπαίγμονας. vid. ad Odar. XLII, 2.

Βάκχαι ſunt mulieres, Bacchi ſacerdotes, quae alias Μαινάδες dicuntur. vid. ſupra ad Odar. XVII, 14.

v. 6. ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς. Αὐλοὶ, *tibiae*, erant vel *dextrae*, quae pauciora foramina habebant eorumque numerum imparem, et proinde ſonum grauem edebant; vel *ſiniſtrae*, quae plura foramina habebant, itemque etiam imparem numerum eorum, et ſonum acutum emittebant. Si duae pluresue dextrae ſolae, vel ſiniſtrae ſolae inflarentur, dicebantur αὐλοὶ ὁμόπνοοι, ſiue ὁμόθροοι. Cum vero ſiniſtrae cum dextris coniunctim inflabantur, αὐλοὶ ἑτερόπνοοι et διδυμόθροοι, etiam δίπτυχοι vocabantur. Illae Latinis *pares*, hae *impares* dicuntur. cf. Caſp. Bartholinus *de tibiis*, edit. 2. Amſtel. 1679. 12mo. it. Salmaſ. ad Scriptt. *hiſt. Aug.* pag. 494. ſqq. idemque in *exercitt. Plin.* pag. 84. ſqq.

v. 7. *Si per ceram fieri poterit.* vid. ſupra ad Odar. XXVIII, 8.

v. 8. νόμοι hoc loco ſunt *modi muſici*, carminis modulationes, vel *cantilenae.* Νόμοι φιλούντων ſunt ergo *cantilenae amantium*, *carmina amatoria* et *nuptialia*, quae ſane non magis poſſunt pingi, quam Odar. XXVIII, 8. vnguentorum odores.

VARIORVM POËTARVM ODAE ANACREONTICAE.

ODARIVM LXIX.

ΒΑΣΙΛΙΟΥ. *)

ARGVMENTVM.

Docta laus carminum Anacreontis.

Ἀνακρέων ἰδών με
ὁ Τήϊος μελῳδὸς,
ὄναρ λέγων προσεῖπε.
κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν
περιπλάκην φιλήσας.
γέρων μὲν ἦν, καλὸς δὲ,

ODARIVM LXIX.

*) Quis fuerit Basilius iste, cui tribuit hoc odarium codex Vaticanus, et quando vixerit, omnino latet. Caeterum hoc odarium in plerisque libris est LXVI, in Barnesii autem LXIII. In Paui editione deest.

v. 1. Sensus est: *Per quietem videre mihi videbar Anacreontem stantem coram, qui, cum me conspexisset, statim ad se aduocauit* etc. vid. supra ad Odar. I. pag. 3.

v. 2. μελῳδὸς, *poeta melicus*, siue *lyricus*. Nam μέλη sunt *carmina lyrica*.

v. 3. ὄναρ, subaudi κατά. κατ' ὄναρ, *per quietem*. cf. Odar. XLIV, 1.

λέγων plane abundat, cum illud verbo προσεῖπε iam contineatur.

v. 5. περιπλέκεσθαι est *amplecti, complecti*.

φιλήσας, *deosculans*. vid. quae supra ad Odar. VIII, 11. et XIV, 1. disputauimus.

φέρε μοι νόμους κεράσσω,
μεθύων ὅπως χορεύσω·
ὑπὸ σώφρονος δὲ λύσσης
μετὰ βαρβίτων ἀείδων
τὸ παροίνιον βοήσω.

qui a conuiuis eligebatur. cf. Lipsius lect. antiqu. III, 1. pag. 150. vid. supra ad Odar. XXXVI, 10.

v. 4. *νόμους κεράσαι*, *leges miscere*, est *miscere vinum tot partibus aquae, quot misceri illud leges compotationis iubent.* cf. Fischer. ad h. l.

v. 5. *μεθύων*, *ex potu vini hilaris factus.* vid. ad Odar. VI, 3.

χορεύσω. Nam nemo saltat sobrius. Cic. *pro Mur.* 6.

v. 6. *λύσσα* proprie est *rabies canum*; deinde *furor*, *insania* omnino. *λύσσα σώφρων*, *insania sana*, per oxymoron dicitur *hilaritas ex vino*, cum quis tantum bibit, vt sit hilaris et laetus: quod fit, cum vinum bibitur mistum aqua.

v. 7. *μετὰ*, vti *ὑπὸ* Odar. VI, 4. pro *πρὸς*, *ad* lyram.

v. 8. *τὸ παροίνιον*, subaudi *ᾆσμα*, *cantilena*. Est ergo *παροίνιον ᾆσμα* *carmen, quod inter pocula canitur.*

βοήσω, *clamabo*. Maxime hoc verbum accommodatum est personae hominis ex vino laetioris.

O D A R I V M LXXI.

Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου.

A R G V M E N T V M.

Lepidissimo hoc odario poëta ostendit, Amorem comitem adsiduum Baccho adhaerere.

Στέφος πλέκων ποθ' εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον,
λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν·
καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
πτεροῖσι γαργαλίζει.

Odarivm LXXI.

Deest hoc odarium in collectione Paui; in reliquis fere omnibus est Odarium LIX. in Degenii LX. Caeterum parum innotuit Iulianus iste Aegyptius, cui haec ode in membranis tribuitur.

v. 1. et 2. cf. Odar. XL.

v. 3. πτερὰ sunt *alae*. Hesych. πτερά· πτέρυγες. κατέχειν et κατασχεῖν, *continere*, hoc loco *capere*.

v. 5. λαβὼν, *statim*, *illico*, *continuo*. vid. supra ad Odar. XII, 4.

v. 6. ἔσω μελῶν. vid. supra ad Odar. XXVIII, 26. *intus in pectore*.

v. 7. γαργαλίζειν est *titillare*. Hesych. γαργαλίζει· ἐρεθίζει. Verbum huic rei accommodatissimum.

ODARIVM LIX. *)

Ἄτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν,
ὅς᾽ ἐν ὕλῃ
κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ
μητρὸς ἐπτοήθη.

ODARIVM LX.

EX HEPHAESTIONE pag. 40.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ᾽!
οὐ γὰρ ἂν ἄλλη

ODARIVM LIX.

*) Legitur hoc fragmentum apud Athenaeum IX, 12. et Aelian. *hist. anim.* VII, 39.

v. 1. *νεβρὸς, binnulus, cerva iunior.*

νεοθηλέα. vid. supra ad Odar. XLII, 15.

v. 3. *κερόεσσα*, a *κέρας, cornibus plena*, i. e. *vetula, senex.* Solent enim cum aetate cornua ceruorum augeri. Sed ceruae carent cornibus. Quî igitur poterit cerua dici *κερόεσσα*; cf. Horat. 1. *od.* XXIII, 1.

ODARIVM LX.

Est hoc odarium in Fischeri editione pag. 159. in Brunckii pag. 64. in Paui pag. 254. apud Baxterum Odar. LXIII.

v. 1. Ἀπὸ μοι θανεῖν Tmesis pro ἀποθανεῖν μοι γένοιτο. *Mori mihi contingat.* Nam *γίνεσθαι* est *contingere, euenire.*

v. 2. ἄλλη, subaudi ὁδὸς.

λύσις ἐκ πόνων γένοιτ᾽
οὐδαμὰ τῶνδε.

ODARIVM LXI.

EX ATHENAEO XI, 4.

Φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ,
φέρε δ᾽ ἀνθεμεῦντας ἡμῖν
στεφάνους· ἔνεικον, ὡς μὴ
πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.

v. 3. λύσις, *liberatio*, vti λύειν, *liberare*, *liberum dare*, de quo verbo fupra ad Odar. XXX, 7. difputauimus.

πόνοι, *labores*, funt *vitae moleftiae atque incommoda*. vid. ad Odar. XL, 1.

v. 4. οὐδαμὰ pro οὐδαμῶς, *nullo modo*, aduerbialiter.

ODARIVM LXI.

v. 1. φέρ᾽ ὕδωρ κ. τ. λ. cf. Odar. LV. et vid. quae fupra ad Odar. XXXVI, 10. attulimus.

v. 2. ἀνθεμεῦντες στέφανοι funt *coronae floreae*, *ferta florea*. cf. Odar. LII, 6.

ἔνεικον pro ἔνεγκον, ab obfoleto ἐνείκω, *adfero*. Sic ἐνείκατε apud Homer. Odyff. VIII, 393.

v. 4. πυκταλίζειν eft *certare*, *dimicare*, proprie pugno. Senfus eft: *vt amem*, *vt amori indulgeam*.

ODARIVM LXII.

EX ATHENAEO XV, 4.

Ἐπὶ δ᾽ ὀφρύσιν σελίνων
ςεφανίσκους θέμενοι, νῦν
θάλειαν ἑορτὴν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

ODARIVM LXIII.

EX ATHENAEO XIII, 2.

Ὦ παῖ παρθένιον βλέπων,
δίζημαί σε, σὺ δ᾽ οὐκ αΐεις,
οὐκ εἰδὼς, ὅτι τῆς ἐμῆς
ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

Odarivm LXII.

v. 1. ἐπὶ δ᾽ ὀφρύσιν. vid. ſupra ad Odar. XXVIII, 13.

v. 2. ςεφανίσκοι σελίνων pro ἐκ σελίνων, *coronae ex apio nexae:* nam σέλινον eſt *apium*.

θέμενοι per Tmeſin diuulſum eſt ab ἐπὶ, pro ἐπιθέμενοι.

v. 3. θάλειος, *virens*, *floridus*, hic eſt, *laetus*, *hilaris*. θάλεια ἑορτὴ, *feſtum laetum*.

v. 4. ἀγάγωμεν pro διαγάγωμεν, *inſtituamus*, *celebremus*.

Odarivm LXIII.

v. 1. παρθένιον βλέπων, *qui vultum habes virgineum*. Nam βλέπειν eſt *vultum habere*, vti ſupra Odar. LVIII, 2.

v. 2. δίζημαι, *quaero*, *inueſtigo*.

ἀΐειν eſt *audire*, *aduertere*.

v. 4. ἡνιοχεύειν proprie, *habenis regere*, hoc eſt, *imperare*, *imperium tenere*, *in poteſtate habere*.

ODARIVM LXIV.

EX MAXIMO TYRIO, DISS. VIII.

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἕκητι
οἱ παῖδες ἂν φιλοῖεν.
χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω,
χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

ODARIVM LXV.

EX HEPHAESTIONE, ENCHIR. pag. 40.

Μεγάλῳ δ' ἦὖτέ μ' Ἔρως
ἔκοψεν, ὥστε χαλκεὺς,
πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν
ἐν χαράδρῃ.

ODARIVM LXIV.

v. 1. ἕκητι idem est quod ἕνεκα, *caussa*, *gratia*, *propter*, *ob*.

v. 3. χαρίεντα, *venusta*.

ODARIVM LXV.

v. 1. ἦὖτε ionice pro αὖτε, *iterum*.

v. 2. ὥστε χαλκεὺς, id est, *grauissime*.

v. 3. χειμέριος, *hibernus*, hoc est *frigidus*.

v. 4. χάραδρα est *torrens*.

ODARIVM LXVI.

EX HEPHAESTIONE pag. 34.

Ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ
μικρὸν ἀποκλάς,
οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον· νῦν δ'
ἁβρῶς ἐρόεσσαν
ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ
κωμάζων παιδὶ ἁβρῇ.

ODARIVM LXVI.

v. 1. ἀριστᾷν, *prandere*, ab ἄριστον, *prandium*. Prandio cibus continetur vel aridus vel certe non emollitus igne. Contrarium eſt δεῖπνον, cibus igne paratus, ſiue coctus ſit, ſiue aſſatus. Ἄριστον ſiue prandium pro ſe quisque capiebat, ſed δεῖπνον a tota familia communiter capiebatur, inde et σύνδειπνον et Latinis *coena* (a κοινὸς) vocatur. cf. Horat. 1. *Sat.* VI, 122. et Martial. IV, 14. ad quem locum videantur notae Ramireſii.

Ἴτριον eſt placentae genus ex melle. Etiamnunc Graecos maxime delectari placentis, docet Guy *litterar. Reiſe nach Griechenl.* P. I. pag. 119. Ἴτριον λεπτὸν, *placenta tenuis*.

v. 2. μικρὸν, ſubaudi μέρος. Inde patet, cibum aridum, vel panis fruſtulum, vel placentae vino tinctum, ad prandium adhibitum eſſe.

v. 3. κάδος, *cadus*, *ſitula*, erat menſurae genus liquidorum capiens ſexaginta ſextarios, (*dreyſsig Kannen*). cf. Io. Caſp. Eiſenſchmid *de ponderibus et menſur. ant.* Sect. 3. cap. 2. Sed hoc loco ſine dubio eſt genus poculi, fortaſſe *ſcyphus*.

v. 4. ἐρόεσσαν, *dulcem*, *ſuavem*, *iucundam*.

v. 5. πηκτίδα. vid. ad Odar. VI, 10.

τῇ φίλῃ, *ad amaſiam*, *amicam*. Nam φίλη idem eſt, quod ſupra Odar. XIII, 1. καλή.

v. 6. κωμάζων. vid. ad Odar. VI, 10.

ODARIVM LXVII.

Εἰς Μύρτιλλαν.

ARGVMENTVM.

Epithalamium, quo laudes celebrantur nouae nuptae formosissimae.

Θεαινῶν ἄνασσα, Κύπρι,
Ἵμερε, κράτος χθονίων,
Γάμε, βιότοιο φύλαξ,
ὑμέας λόγοις λιγαίνω,
ὑμέας στίχοις κυδαίνω,

Odarivm LXVII.
Exstat hoc odarium in Stephani fragmentis poëtar. lyricor. pag. 296. in Paui edit. Anacr. legitur pag. 292. in Fischeri et plerisque libris est Odarium LXII. Neque Brunckius, neque Degenius illud receperunt.

v. 1. Θεαινῶν ἄνασσα hic Venus eodem sensu dicitur, quo supra Odar. LVI, 4. Cupido θεῶν δυνάστης. cf. Fischer. ad h. l.

v. 2. Ἵμερος est *Iocus*. vid. ad Odar. XLIX, 26.

κράτος, abstractum pro concreto, est hoc loco *dominus*. Sic supra Odar. LVI, 4. Cupido dicitur βροτοὺς δαμάζειν.

v. 3. γάμος est *Hymenaeus*, nuptiarum deus. vid. ad Odar. XVIII, 13.

βιότοιο φύλαξ vocatur Hymenaeus, quia nuptiis efficitur, vt ne hominum genus intereat, sed vt propagetur et augeatur.

v. 4. λόγοι sunt *carmina*. Sic etiam λέγειν est *canere* Odar. I, 1.

λιγαίνειν, *canere*. vid. ad Odar. XXXIX, 3.

v. 5. στίχοι etiam sunt *carmina*. Nam proprie στίχοι sunt *lineae, ordines, series* rerum, v. c. arborum, literarum et similium. Inde *versus* et *carmina*.

Ἵμερον, Γάμον, Παφίην.
δέρκεο τὴν νεᾶνιν, δέρκεο, κοῦρε.
ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στρατόκλεις, φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις, ἄνερ Μυρίλλης,
ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·
κομάει, τέθηλε, λάμπει,
ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει·
ῥόδον ἐν κόραις Μύριλλα.

κυδαίνειν, *laudare*, *celebrare*. Hesych. κυδαίνει· ἐγκωμιάζει.

v. 6. Παφίη. vid. supra ad Odar. XXIX, 37.

v. 7. δέρκεσθαι est *videre*. Hesychius exponit verbis ὁρᾶν, βλέπειν.

νεᾶνις, *femina iuuenis*, siue virgo sit, siue nupta; hic Myrilla intelligitur, coniux vel sponsa Stratoclis.

κοῦρε, *marite*, vel *sponse*. v. 10. dicitur ἄνερ.

v. 8. ἔγρεο, pro ἔγρεσο, ab ἔγρω pro ἐγείρω, *excito*, *surge*, id est, *mature surge*. Hesych. ἔγρεο· ἀνίστασο.

μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα, *ne te fugiat perdicis captura*, hoc est, *vt puellam capias*. Sed puella vocatur πέρδιξ ob calliditatem. Nam perdices sunt vafri et domitu difficiles.

v. 11. ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα, vide vxorem vel sponsam *tuam*. Nam Graeci solent vti nomine φίλος pro pronomine possessiuo, *meus*, *tuus*, *suus*. Sic Tyrtaeus I, 25. αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα, *pudenda* suis *manibus tegens*. Homer. *Iliad*. I, 20. παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην. Callimach. *hymn*. *in Dian*. 25. ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, *sine labore e* suo *deposuit utero*.

v. 12. κομάει. vid. ad Odar. XVIII, 17. κομάει, τέθηλε, *floret*, *viget*, id est, *matura viro est*.

λάμπει, *egregie venusta est*.

v. 13. 14. Sensus est: *rosa est flos omnium pulcherrimus; et Myrilla est puella omnium formosissima*.

Ἥλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι,
κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

ODARIVM LXVIII.

Πρὸς ζωγράφον.

ARGVMENTVM.

Odarium mutilum recentioris auctoris, forte odarium XXVIII, imitati.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
λυρικῆς ἄκουε Μούσης,

v. 15. σέθεν, Aeolice pro σοῦ. δέμνιον est *stratum*, *lectus*. Hesych. δέμνια · στρώματα, κοῖται.

φαίνοι, *sol cubilia tua illustret*, hoc est, *cubes in lecto usque ad ortum solis*.

v. 16. κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ, scilicet Μυρίλλης. κυπάριττος proprie est *cupressus*, et hoc loco *membrum virile*. Sed κῆπος, *hortus*, est hic *pudendum*, siue *membrum genitale* Myrillae. Hesych. κῆπος · — τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν. cf. Theocrit. *Idyll.* XVIII, 28. sqq. vid. Fischer. ad h. l.

πεφύκοι, *nascatur*, *sit*.

ODARIVM LXVIII.

Hoc odarium, quod in aliis Anacreontis editionibus, v. c. Fischeri, XLIX. est, in aliis, velut Degenii, XLVIII, a Brunckio ex Anacreonticis relegatum et διαφόρων ποιητῶν ἡμιαμβίων Ἀνακρεοντείων tertio loco positum est pag. 69. editionis tertiae.

v. 1. ζωγράφων ἄριστε. vid. supra ad Odar. XXVIII, 1.

v. 2. Sensus est; *audi, pictor, poëtam lyricum, qui, quid pingi cupiat, te statim docebit*. Nam Μοῦσα hoc loco est *poëta*, *vates*.

γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
ἱλαρὰς τε καὶ γελῶσας·
φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας
ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς.
ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,
γράφε καὶ νόμους φιλούντων.

v. 3. τὰς πόλεις, *oppida*, id eſt, *incolas oppidorum*, per ſynecdochen.

τὸ πρῶτον. Quoniam nil amplius ſequitur, manifeſtum eſt, hic aliquid deeſſe.

v. 4. γελῶσας, *iocantes*. vid. ſupra ad Odar. VI, 3. Cauſſa laetitiae et hilaritatis verſu 5. adfertur. Volebat enim poëta depingi incolas oppidi Bacchi ſacra celebrantes.

v. 5. φιλοπαίγμονας. vid. ad Odar. XLII, 2.

Βάκχαι ſunt mulieres, Bacchi ſacerdotes, quae alias Μαινάδες dicuntur. vid. ſupra ad Odar. XVII, 14.

v. 6. ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς. Αὐλοὶ, *tibiae*, erant vel *dextrae*, quae pauciora foramina habebant eorumque numerum imparem, et proinde ſonum grauem edebant; vel *ſiniſtrae*, quae plura foramina habebant, itemque etiam imparem numerum eorum, et ſonum acutum emittebant. Si duae pluresue dextrae ſolae, vel ſiniſtrae ſolae inflarentur, dicebantur αὐλοὶ ὁμόπνοοι, ſiue ὁμόθροοι. Cum vero ſiniſtrae cum dextris coniunctim inflabantur, αὐλοὶ ἑτερόπνοοι et διδυμόθροοι, etiam δίπτυχοι vocabantur. Illae Latinis *pares*, hae *impares* dicuntur. cf. Caſp. Bartholinus *de tibiis*, edit. 2. Amſtel. 1679. 12mo. it. Salmaſ. ad Scriptt. *hiſt. Aug.* pag. 494. ſqq. idemque in *exercitt. Plin.* pag. 84. ſqq.

v. 7. *Si per ceram fieri poterit.* vid. ſupra ad Odar. XXVIII, 8.

v. 8. νόμοι hoc loco ſunt *modi muſici*, carminis modulationes, vel *cantilenae*. Νόμοι φιλούντων ſunt ergo *cantilenae amantium*, *carmina amatoria* et *nuptialia*, quae ſane non magis poſſunt pingi, quam Odar. XXVIII, 8. vnguentorum odores.

VARIORVM POËTARVM ODAE ANACREONTICAE.

ODARIVM LXIX.

ΒΑΣΙΛΙΟΥ. *)

ARGVMENTVM.

Docta laus carminum Anacreontis.

Ἀνακρέων ἰδών με
ὁ Τήϊος μελῳδὸς,
ὄναρ λέγων προςεῖπε.
κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν
περιπλάκην φιλήσας.
γέρων μὲν ἦν, καλὸς δὲ,

ODARIVM LXIX.

*) Quis fuerit Basilius iste, cui tribuit hoc odarium codex Vaticanus, et quando vixerit, omnino later. Caeterum hoc odarium in plerisque libris est LXVI, in Barnesii autem LXIII. In Paui editione deest.

v. 1. Sensus est: *Per quietem videre mihi videbar Anacreontem stantem coram, qui, cum me conspexisset, statim ad se aduocauit* etc. vid. supra ad Odar. I. pag. 3.

v. 2. μελῳδὸς, *poeta melicus,* siue *lyricus.* Nam μέλη sunt *carmina lyrica.*

v. 3. ὄναρ, subaudi κατά; κατ᾽ ὄναρ, *per quietem.* cf. Odar. XLIV, 1.

λέγων plane abundat, cum illud verbo προςεῖπε iam contineatur.

v. 5. περιπλέκεσθαι est *amplecti, complecti.*

φιλήσας, *deosculans.* vid. quae supra ad Odar. VIII, 11. et XIV, 1. disputauimus.

καλός τε καὶ φίλευνος.
τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου·
τρέμοντα δ' αὐτὸν ἤδη
Ἔρως ἐχειραγώγει.
ὁ δ' ἐξελὼν καρήνου
ἐμοὶ στέφος δίδωσι·
τὸ δ' ὦζ' Ἀνακρέοντος.
ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας
ἐδησάμην μετώπῳ·
καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

v. 7. φίλευνος, ab εὐνή, 1) *cubile*, 2) *concubitus*, proprie est *concubitum amans*, sed deinde *amori deditus*.

v. 8. τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου, *labrum redolebat vinum*. Supra Odar. IX, 5. erat πνέειν. cf. Aristophan. *Nub.* 52.

v. 9. τρέμοντα, *titubantem*, supra Odar. L, 12. erat τρομερός.

v. 10. χειραγωγεῖν, *manu ducere*. Hesych. χειραγωγῶ· τῇ χειρὶ ἄγω. Ordo verborum est: Ἔρως αὐτὸν ἤδη τρέμοντα ἐχειραγώγει.

v. 11. ὁ δὲ pro οὗτος δὲ, scilicet Ἔρως.

ἐξελὼν, *cum sumsisset*.

καρήνου, *de capite*, scilicet Ἀνακρέοντος.

v. 12. στέφος, στέφανος, στεφανίσκος est *corolla*. vid. ad Odar. XXX, 2.

v. 13. τὸ δ' pro τοῦτο δὲ, scil. στέφος. ὦζ' Ἀνακρέοντος. Ingrata cogitatio et absona!

v. 14. ἐγὼ δ' ὁ μωρός. Supra Odar. XIV, 3. ἐγὼ δ' ἔχων νόημα ἄβουλον.

v. 15. ἐδησάμην, *imposui*, *accommodaui capiti*, *frontem cinxi*.

v. 17. ἔρωτος οὐ πέπαυμαι, *usque amaui*, *amare non desii*.

ODARIVM LXX.

Τοῦ αὐτοῦ.

ARGVMENTVM.

Cantu se et poculis et choreis maxime delectari, poëta docet.

Δότε μοι λύρην Ὁμήρου
Φονίης ἄνευθε χορδῆς.
Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν,

ODARIVM LXX.

Hoc odarium in plerisque libris locum XLVIII. occupat, in Degenii, editione LXII.

v. 1. λύρην Ὁμήρου. vid. ad Odar. I, 3.

v. 2. φονίης χορδῆς, singularis pro plurali φονίων χορδῶν. Sed φόνιαι χορδαὶ, *chordae cruentae*, sunt chordae, ad quas mors heroum canebatur. Nam etiam heroum laudes canebantur ad lyram. cf. Homer. *Iliad.* IX, 189. Vult ergo poëta tradi sibi lyram Homeri, sed φονίης ἄνευθε χορδῆς, hoc est, vt alii nerui et fila aptentur, vt chordae mutentur. Nam pro diversa materia carminis fides etiam veteres immutasse, supra ad Odar. I, 5. monuimus. Itaque sensus est: *ego quidem carmen pangam, sed non epicum.*

v. 3. κύπελλον, poculi genus. Hesych. κύπελλα· ποτήρια.

κύπελλα θεσμῶν sunt *pocula rite ex legibus descripta et temperata.* Nam θεσμὸς est *lex, institutum.* Itaque θεσμοὶ et νόμοι, sunt leges certae, quas sequebantur veteres in conuiuiis, et quibus praescriptum erat, quot pocula essent bibenda, quotque aquae partibus quot partes vini essent miscendae. cf. *Io. Frid. Christii progr. de magisteriis veterum in poculis* (Lipsiae 1745. 4to) pag. 10. Hae leges dabantur a magistro conuiuii, qui etiam *rex* dicebatur, et *modimperator*, a Graecis autem συμποσίαρχος

φέρε μοι νόμους κεράσσω,
μεθύων ὅπως χορεύσω·
ὑπὸ σώφρονος δὲ λύσσης
μετὰ βαρβίτων ἀείδων
τὸ παροίνιον βοήσω.

qui a conuiuis eligebatur. cf. Lipſius lect. antiqu. III, 1. pag. 150. vid. ſupra ad Odar. XXXVI, 10.

v. 4. *νόμους κεράσαι*, *leges miſcere*, eſt *miſcere vinum tot partibus aquae, quot miſceri illud leges compotationis iubent.* cf. Fiſcher. ad h. l.

v. 5. *μεθύων*, *ex potu vini hilaris factus.* vid. ad Odar. VI, 3.

χορεύσω. Nam nemo ſaltat ſobrius. Cic. *pro Mur.* 6.

v. 6. *λύσσα* proprie eſt *rabies canum*; deinde *furor*, *inſania* omnino. *λύσσα σώφρων*, *inſania ſana*, per oxymoron dicitur *hilaritas ex vino*, cum quis tantum bibit, vt ſit hilaris et laetus: quod ſit, cum vinum bibitur miſtum aqua.

v. 7. *μετὰ*, vti *ὑπὸ* Odar. VI, 4. pro *πρὸς*, *ad* lyram.

v. 8. *τὸ παροίνιον*, ſubaudi *ᾆσμα*, *cantilena*. Eſt ergo *παροίνιον ᾆσμα* *carmen, quod inter pocula canitur.*

βοήσω, *clamabo*. Maxime hoc verbum accommodatum eſt perſonae hominis ex vino laetioris.

ODARIVM LXXI.

Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου.

ARGVMENTVM.

Lepidissimo hoc odario poëta ostendit, Amorem comitem adsiduum Baccho adhaerere.

Στέφος πλέκων ποθ' εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον,
λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν·
καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
πτεροῖσι γαργαλίζει.

ODARIVM LXXI.

Deest hoc odarium in collectione Paui; in reliquis fere omnibus est Odarium LIX. in Degenii LX. Caeterum parum innotuit Iulianus iste Aegyptius, cui haec ode in membranis tribuitur.

v. 1. et 2. cf. Odar. XL.

v. 3. πτερὰ sunt *alae*. Hesych. πτερά· πτέρυγες. κατέχειν et κατασχεῖν, *continere*, hoc loco *capere*.

v. 5. λαβὼν, *statim*, *illico*, *continuo*. vid. supra ad Odar. XII, 4.

v. 6. ἔσω μελῶν. vid. supra ad Odar. XXVIII, 26. *intus in pectore*.

v. 7. γαργαλίζειν est *titillare*. Hesych. γαργαλίζει· ἐρεθίζει. Verbum huic rei accommodatissimum.

ODARIVM LXXII.

Θεοκρίτου.

Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

ARGVMENTVM.

Describitur luctus Veneris de morte Adonidis ab apro percussi.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
ὠχράν τε τὰν παρειὰν,
ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὰν
ἔταξε τὼς Ἔρωτας.

Odarivm LXXII.

De hoc odario, quod perperam tribui videtur Theocrito, docte exposuit beatus Strothius in *noua Bibliotheca philologica*, Lipſ. 1777. Tom. 1. pag. 292.

v. 1. Adonis, Cinyrae, regis Cypri, et Myrrhae ex incesto coitu filius, eximia pulcritudine sua ipsam Venerem in sui amorem inflammauerat, sed ictu apri inter venandum percussus interiit. Cuius mortem cum Venus vehementer lugeret, factum est, vt inde in Aegypto, Cypro aliisque regionibus festa, quae Ἀδώνια dicebantur, in illius honorem cum summa moeroris significatione a mulieribus celebrarentur. cf. Harles ad *anthol. gr. poët.* pag. 105. ſqq.

v. 3. στυγνὰν dorice pro στυγνήν. Sed στυγνὸς est *terribilis, tristis*. vid. ad Odar. XVII, 9.

χαίταν dorice pro χαίτην.

v. 4. ὠχρὸς, *pallidus, todtenblaſs*. Hesych. ὠχρός· χλωρός.

v. 5. αὐτὰν dorice pro ἑαυτήν.

οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
πᾶσαν δραμόντες ὕλαν,
ϛυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
δῆσάν τε κἀπέδησαν.
χῶ μὲν, βρόχῳ καθάψας
ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
ὁ δ', ἐξόπισθ' ἐλαύνων,
ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς,
φοβεῖτο γὰρ Κυθήραν.
τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιϛε θηρῶν,
σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
σύ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρα,

v. 7. ποτανὸς dorice pro ποτηνὸς, *volucris*, ſubaudi ὥσπερ, *velut volucres*, h. e. *ocyus*, *celerrime*.

v. 8. ὕλαν pro διὰ ὕλην, *per ſyluam*.

v. 9. ἀνεῦρον, compoſit. pro ſimplici εὗρον.

v. 11. χῶ pro καὶ ὁ. vid. ad Odar. XXXI, 5.

βρόχος, *laqueus*.

v. 14. τόξον proprie *arcus*, et plur. τόξα ſunt *tela*.

v. 15. δειλῶς, *timide*, *triſte*.

v. 17. τῷ pro τούτῳ.

v. 19. ἴψω pro ἴψατο, ab ἴπτειν, *laedere*. cf. Homer. *Iliad*. I, 454. II, 193. hoc loco *percutere*, *ferire*. Heſych. ἴψαο· κατέβλαψας, ἔφθειρας. Infra v. 27. eſt πατάξαι.

